Nº

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 27
Libro 224

DE TRALATIONE BIBLIAE, ET NOVARVM REprobatione interpretationum, Petri Sutoris, doctoris theologi, professione Cartuasiani.

De el Col.º de la Comp.ª de Jhs de Granada

IEHAN PETIT

VAENVNDA TVR PARISIIS APVD IOANNEM Paruum Bibliopolam adscriptitium, sub insigni floris Lilii, via ad diuum Iacobum.

CVM PRIVILEGIO

R-9385

Extraict des Regiſtres de Parlement.

SVr la requeſte baillee a la court par Iehan Petit libraire iure en luniuerſite de Paris, par laquelle il requeroit quil luy fuſt permis imprimer ou faire imprimer certain liure compoſe par maiſtre Pierre Sutoris docteur en theologie, religieux de lordre des Chartreux, Contra nouos ſacrę biblię translatores & interpretatores, & que defenſes fuſſent faictes a tous aultres libraires & imprimeurs de imprimer icelluy liure Iuſques a certain temps, a fin que icelluy ſuppliant ſe puiſſe recouurer des fraiz & impenſes quil luy auroit conuenu faire a faire imprimer icelluy liure. Veu par la court ledict liure, la certification de la faculte de theologie, & tout conſidere, La court a permis & permect audict Petit libraire de imprimer & faire imprimer ledict liure & icelluy expoſer en vente a pris raiſonnable. Et faict defenſes a tous aultres libraires & imprimeurs ne imprimer ne expoſer en vente ledict liure aultres que ceulx que ledit Petit aura faict imprimer, iuſques a deux ans prochainemēt venans, afin quil ſe puiſſe mieulx recouurer de ſes fraiz & impenſes quil aura faictes pour icelluy faire imprimer, Sur peine de confiſcation diceulx liures, & damende arbitraire. Faict en Parlement le cinquieſme iour de decembre. Lan mil cinq cens vingtquatre. Collation eſt faicte.

Burdelot.

PETRVS SVTOR
THEOLOGVS, CARTVSIANVSQVE

exiguus, Venerandis ſociis Sorbonicis Theologis impenſe doctis, plurimam in domino Salutem.

AVLTI ſunt anni, quemadmodum noſtis Patres venerandi, quibus a veſtro cœtu tum ſapientiſſimo, tum mihi gratiſſimo, poſt diutinos theologicę paleſtrę agones tandem abſceſſi, & in Cartuſianam ſolitudinē fugiens me recepi. Quod & feci nō ſine difficultate graui, verum multa ſpe refertus, id ipſum multis admirantibus auſus ſum. Sperabam enim hoc pacto me poſſe fallacis, delirantiſque mundi veſaniam, facilius, tutiuſque deuitare, & ita deuitare, vt nec rumores quidem eius haurire mihi liceret. At vero ſpem ipſam euentus ſecutus non eſt. Non eſt inquam votis meis reſponſum, ſed longe aliter q̄ ſperauerā obtigit. Siquidem poſt aliquot annos in ſilentis angulo clauſtri traductos, tādem me vis obedientię impulit foras proficiſci varioſque adire locos, & demum multis incumbere negotiis, in quibus obeundis, & plurimum diſtractus, & ſeculi rumuſculis affatim refertus animus eſt. Et vt multa ſilentio præteream, quæ vel ingratis auribus hauſi, illud non audire non potui, videlicet a quibuſdam theologaſtris (quos antichriſti prȩcurſores vocant) non modo factas in nouum teſtamentum paraphraſes, hoc eſt corruptiones (ſic enim verbum recte interpretatum ſonat) ſed prothdolor quaſdam nouas fuiſſe editas tralationes, quibus eccleſiaſticam (vt fertur) lectionem infamare, & bibliam latinam, quæ in communi eccleſiarum vſu eſt callide explodere conati ſūt. Cur autē hoc moliri præſumpſerunt, ipſi viderint. Hoc autem cum habuiſſem compertum, propterea que vehementer ſtomachatus fuiſſem, tum volui nouam huiuſmodi inſaniam nouis telis perſequi, & recentes amalechitas recenti acie funditus delere. At propter varias cum negotiorum, tum morborū occupationes, id efficere tunc miníme potui. Tandem cum mihi reſpirare, & maiori ocio frui liberum fuit, negotium ipſum laboris plenum, quod mēte quidem auida volutaram, ſed re ipſa vix cœperam, cæteris diſſimulantibus aggredi, & extremam ei manum adhibere curaui. Imitatus viros illuſtres, qui vel ea quę duntaxat mente verſa uerant, & etiam re ipſa inceperant, multo interdum tempore intermiſiſſe, ſed tandem ad coronidem vſque perduxiſſe leguntur.

UNIVERSITA

Enímuero(vt aliquid índe tangatur)Ieronymus vír prodígíoſæ díli gentíæ poſtquam bonam propheturam partem explanaſſet, trien nium a cœpto ceſſauít, quemadmodum ípſemet refert ín prologo Oſeæ prophetæ. Itídem díuus Auguſtínus profitetur ſe íuuenem líbros de trínítate ínchoaſſe, ſed ſenem ędidíſſe. Bernardus quoque clareualenſís docte mellífluus propter errores,& díſſentiões ſcíſma ticas ſuo tempore exortas díuínam íllam explanatíonem, quam ín cantíca cantícorum ínchoarat íntermíttere compulſus, vt rebus ma le afflíctís proviríbus conſuleret,ſchíſmaque ſedaret,tandem ad pre ces ſuorum,ad opus ípſum longo tempore ínterruptum,reuerſus eſt. Deníque alíís dílígentíſſímís authoribus hoc ípſum vſu veníſſe du bíum non eſt. Quorum & exemplum pígmeus ípſe ímítatus,negó tíum vtrunque cœptum,ſed multo tempore íntermíſſum,tãdem ad calcem deducere curaui,preſertím quod ex nímío ſílentío magnum rei eccleſíaſticæ detrímentum ínferrí acceperím. Ipſum autem opus qualecunque eſt,optími patres vobís vt amícís antíquís,theologíſq doctíſſímís,& ſacrarum líterarum tutoríbus vígílantíſſímís dícan dum,mittendumque putaui,vt vídelícet decenter examínatum per vós exeat ín publícum,ſí tamen publíca lectíone dígnum,& rei chrí ſtíanæ vtile fore vídeatur. Bene ac fœlícíter valete. Ex pratea Cartu ſíana,ſecus Trecas vrbem Campanię,olim florentíſſímam, ſed hoc temporeſupramodum deſolatam.

Index capitum.

Index eorum quæ ín hoc pertractantur opere per capíta díſtínctus.

Capite prímo præ mittítur quo ſermone ſíue lín gua díuíní líbrí prímítus ſcrípti ſint peculíariter vero de Mathęi euangelío agitur ac probatur tum auctoritatíbus tum rationíbus Hebraíce primũ fuiſſe ſcríptũ. Et cuíuſdam theologaſtri ratíunculís reſpondetur. Folío. I.

Capite ſecundo agítur de tralatoríbus ac tralatíonibus ſacræ ſcríptu ræ,& prímum quídem de íís quę de hebræo ín grecum factę ſunt,de índe ſubdítur de latínís. Fo. V.

Capite tertío díſcutítur ſpecíatím de tralatíone ſeptuagínta ínterp tũ,a quíbus ſcílícet ſub quo,quãdo,&quomodo,facta ſit. Fo.viii.

Capite quarto probatur tralatíonem ſeptuagínta ínterpretum díuí nam,díuínituſque factam fuiſſe. Fo.xi.

Capite quínto depromũtur obiectíones quædam contra tralatíonẽ ſeptuagínta ínterpretum quę & díluuntur. Fo.xii.

Capite ſexto íncípít agere de tralatíone Híeronymí,& ꝓbatur ím prímís generatím,deínde ſpecíatím vetus teſtamentum ex hebręo verſum a Híeronymo fuiſſe ín latínum. Fo.xix.

Capite ſeptímo probatur tralatíonẽ veterís teſtamentí quę ín bíblía communí ac latína habetur a ſacro Híeronymo factam fuiſſe. folío xxi.

Capite octauo oſtẽditur traductíonem veterís legís a Híeronymo elaboratam fideliter ac decenter effectam eſſe, & deínde quædam obiectíones quæ ex Hieronymo ípſo fíerí poſſunt díluuntur. Folío xxiiii.

Capite nono afferuntur obiectíones alíæ ex Nícolao Lyrano,alíiſ que recentíoríbus, quæ contra cõmunem veterís teſtamentí tralatíonem obíící ſolent,quod ſcílícet non ſít decẽter ac fídeliter a Híe ronymo effecta quíbus & reſpondetur. Fo. x xvii.

Capite decímo excutítur an tralatío veterís teſtamentí per Hiero nymum effecta ſít díuína atque auctentíca, cuíus rei gratía ímprí

mis depromuntur cauſæ quæ Hieronymum concitarunt ad faciendam veteris teſtamenti tralationem, ac deinde quibuſdam ratiunculis reſpondetur, quibus confici videtur Hieronymum ipſum diuinitus non tranſtuliſſe. Fo.xxxi.

Capite vndecimo quædam aliæ ex Auguſtino, Ruffino, & aliis rationes adducuntur, quibus impugnatur veteris legis traductio vt diuinitus a Hieronymo non effecta quæ & ſimul diluuntur. fo.xxxiiii.

Capite duodecimo diſcutitur an tralatio veteris teſtamẽti per Hieronymum effecta ſit omnibus aliis anteferenda. fo.xl.

Capite decimotertio incipitur agi de tralatione noui teſtamenti & quibuſdam ſuppoſitis probatur Hieronymum tranſtuliſſe, & certe emendaſſe ipſum nouum teſtamentum & editionem quoque eius eam eſſe quæ in biblia communi habetur. fo. xlii.

Capite decimoquarto quędam afferuntur garrulitates quibus neotherícus quidam probare nititur bibliam communẽ a Hieronymo nec tralatam nec emendatã fuiſſe quę & ipſe diluuntur. fo.xlvi.

Capite decimoquinto probatur vulgatam bibliæ editionem eſto a Hieronymo facta non ſit nihilominus verã ac fidelem eſſe. fo.li.

Capite decimoſexto probatur bibliam communem eſſe probatam atque auctenticam. fo.lvi.

Capite decimoſeptimo oſtenditur bibliam latinam ſiue communem plane ſufficientem eſſe & cuiuſdam theologaſtri fantaſmatibus reſpondetur. fo. lix.

Capite decimooctauo probatur luculenter non eſſe faciendam nouam bibliæ tralationem nec ad cultum ſeu proprietatem latini ſermonis bibliam eſſe reſtituendam pro amantibus latini ſermonis ſed omnes communi tralatione contentos eſſe debere. fo.lxiiii.

Capite decimonono depromuntur ſimulque diluuntur quædam rationes quæ ſuadere videntur nouam bibliæ tralationem ſane fieri poſſe. fo.lxx.

Capite viceſimo recens cuiuſdam rethorculi neotherici qui ſe theologum iactitat tralatio noui teſtamenti vt inepta atque inſana funditus coarguitur & reprobatur. Fo. lxxvii.

Capite viceſimo primo cuiuſdam theologaſtri qui Paulinas epiſtolas nouo ſeculiſque retroactis inaudita temeritate interpretari auſus eſt tralatio penitus confutatur. Fo.lxxxii.

Capite viceſimo ſecundo & vltimo imprimis reprobatur tralatio bibliæ in vernaculam ſiue maternam linguam effecta, afferunturq; pericula atque incommoda inde proficiſcentia, deinde mouentur omnes ne nouis tralationibus fidem tribuant, ſed eas penitus abiiciant, denique pia fit querimonia de tralatione terminorum catholicæ fidei ſacræ ſcripturæ & probitatis chriſtianæ. Fo.xciiii.

Finis indicis.

DE TRALATIONE

BIBLIAE, ET NOVARVM REPROBATIONE interpretationum, Petri Sutoris, doctoris theologi, professione Cartusiani.

¶ Capite primo præmittitur, quo sermone, siue lingua diuini libri primitus scripti sint. peculiariter vero de Matthæi euangelio agitur, ac probatur, tum auctoritatibus, tum rationibus Hebraice primum fuisse scriptum. Et cuiusdam theologastri ratiunculis respondetur.

DE TRALATIONE SACRAE scripturę verba facturi, im primis præmittendū cēsemus, quo sermōe, siue lingua primitus eius libri scripti sint. Supponit enim tralatio priorē aliquam scripturam ex qua fiat ipsa interpretatio. quod enim traducitur, in alia lingua prius scriptum fuisse, dubium non est. Et primū quidem quantum ad vetus testamētum attinet, totū pene sermone Hebraico scriptum est. Pene dixi propter libros nōnullos, qui alia lingua teste Ieronymo primum scripti fuere. Siquidem Esdras Caldeo sermone, Hebraicis tamen literis conscriptus fuisse dicitur ab ipso Ieronymo in ꝓlogo Danielis. Liber quoq; Thobię lingua Caldaica (quæ sermoni Hebraico vicina est) scriptus ab eodem Ieronymo refertur. Itidem librum Iudich, Caldeo sermone conscriptū Ieronymus ipse astruit. Iob vero Hebraico, Arabicoq; sermone, & interdū Syro fuisse, idem Ieronymus testatur in prologo. Testatur & diuus Gregorius in moralibus. Liber quoq; Sapientiæ (quē apud Hebręos nusquā esse tradit Ieronymus) in epistola ad Cromaciū & Heliodorū episcopos, Greco sermōe scriptus putatur. Nā & stilus ipse Grecam magis eloquentiam redolet. Porro Daniel literis quidem Hebraicis, sed Caldeo sermone conscriptū fuisse prologus indicat. Denię Machabeorū secūdus liber, Græcus est. quod ex ipsa phrasi probari potest, vt testatur præfatus Ieronymus in prologo galeato, qui libris regum præficitur. Sic igitur patet, qua lingua primum scripti sunt veteris testamenti libri.

¶ Quantum ad nouum pertinet testamentū, passim dicitur sermone Greco scriptum fuisse, pręter euangelium Matthęi, & epistolam ad Hebræos, quæ Hebraico sermone scripta ferūtur. Et quāquā nō nulli, in quibus est glossator decreti, putauerīt epistolam ad Roma

UNIVERSITA

nos latine ſcriptam primitus fuiſſe, id tamen falſum eſt. cum oēs noui teſtamenti libri, prēter Matthēum & epiſtolā ad Hebrēos, primum grēce cōſcripti ſint, vt diximus, quod & Ieronymus multis in locis aſtruit. Et de epiſtola ad Hebrēos teſtatur etiā Euſebius libro tertio eam hebraice ſcriptam, cum inquit. Vnde cōſtat quod Apoſtolus tanquam Hebrēis mittendam patrio etiam ſermone conſcripſerit. ¶ De euāgelio quoque Matthēi hactenus indubie creditum eſt hebrēo ſermone primum fuiſſe conſcriptum. ¶ At qm̄ hoc tempore (quo pene omnia in dubium vocare quidam ſcioli conantur) ſubortus eſt quidam theologaſter, qui putat ipſum euangeliū grece imprimis ſcriptum a Matthæo fuiſſe, eamobrem de re huiuſmodi latius agendum eſt, vt hæc noua cōfutetur temeritas, & ſciolum illum toto (quod dicitur) errare cēlo luculentius oſtendatur. ¶ Itaque primum afferamus probatorum teſtimonia doctorū, qui aperte teſtati ſunt Matthæum hebraice ſcripſiſſe. E quibus primus proferatur ſacer Ieronymus, qui multis in locis hoc cōſtanter aſſerit. Imprimis quidem in epiſtola quadā ad Damaſum papā, in qua ſic ait. De nouo nūc loquor teſtamento, quod Græcum eſſe non dubiū eſt, excepto apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudea euangeliū Chriſti hebraicis literis edidit. Idem quoq; ad eundē de dictione Oſanna ſciſcitantem, ſic ait. Deniq; Matthæus, qui euangelium hebrēo ſermone cōſcripſit, ita poſuit. Oſanna barranama, id eſt Oſanna in excelſis. Idem in prologo ſuper quatuor euangelia. Primus omniū Matthæus, inquit, eſt publicanus cognomento leui, qui euangelium in Iudea hebraico ſermone edidit, ob eorum vel maxime cauſam, qui in Ieſum crediderant ex Iudeis, & nequaquam legis vmbra ſecedēte euangelii veritatem ſeruabant. Idem in prologo ſuper Matthēum hoc pacto inſit. Matthæus cum primo prēdicaſſet euangelium in Iudea volens tranſire ad gentes, prius euangelium ſcripſit Hebraice, quod fratribus a quibus ibat ad memoriam reliquit. Idem in libro de viris illuſtribus. Matthæus, ait, qui & leui ex publicano apoſtolus primus in Iudea propter eos qui ex circuncīſione crediderant, euangelium Chriſti hebrēis literis, verbiſque cōpoſuit. Quod quis poſtea in Grecum tranſtulerit, non ſatis certum eſt. Porro ipſū hebraicum habetur vſque hodie in Cēſariēſi bibliotheca quā Pamphilus martyr, ſtudioſiſſime cōfecit. Mihi quoque a Nazareis, qui in Berſabee Beroza vrbe Syrię, hoc volumine vtuntur, deſcribendi facultas fuit. Idem in eodem libro de Pantenone agens ſic ait. Reperit in Iudea, ſcilicet Bartholomēū vnum de duodecim apoſtolis, aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, & Matthēi euāgelium prēdicaſſe, quod hebraicis literis ſcriptum reuertens Alexandriam ſecū

retulit. Idem ad Hebdibiam, hunc in modum ait. Mihique videtur euangeliſtam Matthæum, qui euangelium hebraico ſermone conſcripſit, nō tam veſpere dixiſſe quam ſero. Denique idem in explanationibus Iſayæ, quas iam decrepitus fecit, ſexto capite, ſic inſit. Matthæus autem & Ioannes, quorum alter hebrēo ſermone, alter grēco ſermone euangelia texuerunt, teſtimonia hebraica proferūt. Ex his enim Ieronymi ſententiis, luculenter apparet Matthæum euangeliſtam hebraico ſermone ſcripſiſſe. Ieronymo quoque aſtipulatus Auguſtinus libro primo de conſenſu euangeliſtarum, ſecūdo capite, poſtquam numerauit quatuor euangeliſtas, ita ſubiūgit. Horum ſane quatuor ſolus Matthēus hebrēo ſcripſiſſe perhibetur eloquio, cēteri græco. ¶ At vero iam addamus latinis & græcos authores. Primumq; diuum Chriſoſtomū in omiliis ſuper Matthæū, ita dicentem. Matthæus accedentibus his, qui ex Iudæis Chriſto crediderant, & rogantibus vt quæ verbis docuiſſet, hæc eis in literis ſeruanda dimitteret, hebræo dicitur euangelium cōſcripſiſſe ſermone. ¶ His aſſentiens Euſebius Cēſarienſis in pleriſque hyſtoriæ eccleſiaſticæ locis, hoc atteſtatur. Imprimis libro tertio, capite vicesimoquinto, hoc pacto ait. Matthæus enim primo Hebræis prædicauerat. Verum cum pararet tranſire ad gentes, patria lingua ſcripturam compoſuit, & ea quæ prēdicauerat comprehendens derelīquit his ad memoriam a quibus proficiſcebatur, vt gentibus prædicaret. Et capite triceſimo nono, referens dicta Papię diſcipuli Iohannis euangeliſtę, hunc ad modum dicit. Matthæus quidē ſcripſit hebrēo ſermone. Interpretatus eſt autem ea quæ ſcripſit vnuſquiſque ſicut potuit. Idem quoque libro quinto, capite octauo. Hyrenei Lugdunenſis epiſcopi verba referens, ſic inquit. Matthēus quidem Hebrēis propria eorum lingua conſcriptum edidit euangeliū, quum Paulus & Petrus in vrbe Roma euangeliſarent, atque eccleſię inibi fundamēta ſolidarent. Deniq; libro ſexto, capite decimooctauo, referens Origenis ſententiam de libris ſacri canonis, hoc pacto inſit. Ita tradiderunt patres, quia primo omnium ſcriptum ſit euangelium a Matthæo, qui aliquando fuerat publicanus, hebraicis literis, & traditum his, qui ex circuncīſione crediderant. Quibus animaduerſis, nō eſt cur vel ſuſpicari, vel opinari quiſpiam debeat Matthēū græco ſermone euangelium ſuum ſcripſiſſe, quemadmodum ille theologaſter ſomniat, cum ex prefatis authoritatibus tam Grecorū quam Latinorum, luculentius probatum ſit Matthæum non ſolum hebraicis literis, ſed etiam hebraico ſermone, ſiue lingua, ſcripſiſſe. Et quanquam præfata ſuffīcere debent, nihiloſecius quicquam adiatur rationis, vt aduerſarius refellatur vberius. Enimuero nō eſt a

ſententiis probatorum doctorum abſcedendum, vel etiã addubitã-
dum, pręſertim quando vna conſentiunt, niſi vel dicta ſua recanta-
uerint, vel potiori authoritate, aut aperta ratione confici poſſit, eos
fuiſſe hallucinatos. Qui aliter ſentire audet, temerarie agit: planeq;
deſipit. At vero doctores pauloante citati, nec palinodiam cãtarũt,
nec authoritate quoque vel ratione ſufficienti refelli poſſunt. Te-
merarium igitur eſt ab eorum ſententiis diſſentire. ¶ Adde ſi lice-
ret ſanctorum, probatorũque doctorum placitis citra cauſam opti-
mam vel reluctari, vel de eis addubitare: nihil in eis maneret ſo-
liditatis: ſed vacillantes, ac ſuſpectæ redderentur eorum ſententiæ.
Nihil inquam haberent eorum monimenta authoritatis, ſed dubia
efficerentur omnia. Si enim liceat ſine cauſa de nonnullis eorũ ſcri
ptis hęſitare, cur nõ de cęteris etiam licitum erit? Sed quis hoc dice
re audeat, niſi vel plane delirus, vel theologicarum literarum igna-
rus? ſi nõ audent Perypatetici de ſui Ariſtotelis authoritate, vel leui
ter ſuſpicari, vel ſecus opinari quã ille dixit: qua fronte ii qui ſe theo
logos iactitant, audẽt ſanctorum, probatorũque doctorum ſcriptis,
pręſertim citra cauſam obluctari, vel de eis addubitare? Abſurdæ
igitur ſunt huiuſmodi nouæ temeritates, & fideli theologoque pe-
ctore prorſus indignæ. Et dubio procul ſi huiuſcemodi ſuſpitionũ te
meritas, quę vel ipſo iure diuino interdicitur, quicquã loci haberet:
via leuibus ſuſpitionibus, ymo & peruerſis hęreſibus panderetur.
Denique nihil honoris, nihil fidei, nihilque reuerentiæ ſanctorum
patrum ſcriptis relinqueretur. Quę profecto detrimenta ſi vſu ve-
nirent, ſi theologaſtrorum temeritas creſcere ſineretur, ſi demum
talibus auſis nõ iretur obuiam, dubio procul non ſolum theologicis
literis, ſed etiam ipſi fidei catholicæ timendũ eſſet. Pellantur ergo
huiuſcemodi nouarũ hęſitationũ opinionumque temeritates, quæ
nulli, vel rõni, vel authoritati ſatis nituntur, & ad nihil quoque vti
les ſunt. ¶ At protinus inclamabit ſciolus ille, ac dicet ſe iuſtis cau
ſis moueri. Imprimis, quod ſtilus Matthæi, vt ait, cũ ſtilo Marci pla
ne conſentit, haud admodum diſſentiens a dictione Ioãnis, nõ igit̃
temere ſibi cõiicere videt̃ Matthęũ gręce ſcripſiſſe. Sed obſecro quo
nam pacto fieri poteſt, vt ſtilus hebraicus, cum ſtilo græco conſen-
tiat? Quis hoc dicenti aliquando fidem tribuerit? Eſto Matthęi grę
ca tralatio, quam iſte ſciolus vidit, ſi tamẽ vidit, cum ſtilo Marci cõ
ſentiat. nunquid propterea conſequens eſt ipſum Matthæi autenti-
cum, quod hebraicum eſt, cum ſtilo Marci, qui gręcus eſt, cõſpirare?
Minime ſane, oẽs, fateor, euangeliſtę, quantum ad ipſum ſpiritũ, ac
phraſim vna conſentiunt, & ęquales in ſenſibus reperiuntur, vtpo-
te qui eodem ſpiritu euangelia ſua texuerunt, quemadmodum Iero

nymus dicit Ieremiam, quamuis ſermone ruſtiorem cęteris ſẽſibus
parem eſſe, quippe qui eodem ſpiritu prophetarit. peculiariter vero
Matthęus & Marcus vna cõſpirant, quandoquidẽ, Auguſtino teſte, li
bro primo, de conſenſu euangeliſtarũ. Matthęus breuiatorẽ, ac co-
mitẽ adiunctũ habuit Marcum, qui ſua veſtigia quodãmodo ſeque-
retur. Eapropter mirandũ non eſt, ſi ſpiritu ſancto inſtigãte, is qui
Matthæum in græcũ traduxit, ſtuduerit: etiã quo ad ſtilum cum Mar
co cõſentire. Verum ex hoc cõfici nõ poteſt Matthęũ græce ſcripſiſ
ſe. Deniq; mirum videri nõ debet, ſi loquendi ydiomate cõueniãt,
eſto diuerſis linguis ſcripſerint, quã doquidẽ eiuſdẽ generis, hoc eſt
Hebręi erant. Eapropter qui græce ſcripſerunt, ipſum hebraiſmũ ac
proprietatem linguæ maternæ in græca ſcriptura, frequenter refe-
runt, quẽadmodũ teſtantur qui linguarum illarum peritiã habent.
¶ At dicet rurſũ aduerſarius neminẽ eſſe, qui teſtetur hebraici euã
gelii a Matthæo editi vllum ſe vidiſſe veſtigium, ſed neq; ipſum Ie-
ronymum alicubi iudicare ſe illud vidiſſe, ac propterea non fieri ſi-
bi veriſimile, hebraice Matthęum ſcripſiſſe. Imprimis falſum pla
ne eſt, quod aduerſarius aſſumit, nã Ieronymus palam teſtatur in li-
bro de viris illuſtribus, nõ ſolũ ſe vidiſſe, ſed etiã factã ſibi fuiſſe co-
piam voluminis illius deſcribendi, quẽadmodum ſuperius relatum
eſt. Deinde ſi hoc Ieronymus non diceret, probatio tamen aduerſa
rii prorſus inepta eſt. Si enim nullus aſtrueret ſe autenticũ Matthæi
vidiſſe, nunquid propterea originale Matthæus non ſcripſit? Sed
quis originalia omnium diuinorum librorum dicere poſſit aliquan
do ſe vidiſſe? Nunquid etiam ad aſſerendum hebraice Matthęum
ſcripſiſſe opus eſt eius exẽplar vidiſſe? Plane ridiculum, cum ſatis
ſit probatorum doctorum authoritate hoc ipſum cõprobare, quos,
aut vidiſſe, aut a ſuis maioribus, qui viderant, accepiſſe, dubium eſſe
non debeat. Hoc enim ſi nõ ſufficiat, omnia dubia, atq; incerta red-
dentur, & fides quoque probatis authoribus detrahetur. Quod attẽ-
tare velle hominis eſt prorſus deſipientis. ¶ Sed iterum dicit aduer
ſarius, qũ toties incidat locus, vt vehementer opus ſit hebraici euan
gelii præſidio, vix tamen vnquã Ieronymus adducat, & ſi adducat
interdũ nonnullis in epiſtolis, vtpote ad Damaſum papam, de Oſã-
na, & Ebdibiam, ſic tamen retulit, vt e Nazareorum euangelio vi-
deri poſſit deſumptum. qua propter nõ eſt veriſimile Matthęũ he-
braice ſcripſiſſe. Reſpõdetur imprimis, nunc nihil eſſe opus hebrai
ci euangelii pręſidio, cum tralatio ipſa, qua vtitur eccleſia, ſit certiſ-
ſima, nec propterea ſit ad hebraicum neceſſario recurrendum. Qui
aliter ſentit, prorſus inſanit. Sed de hoc poſtea. Deinde det aduerſa-
rius locos illos, in quibus ſit opus hebraico exemplari. Aliquãdo fa

teor opus fuiſſe ad hebraicũ recurrere, quãdo varietas ĩ ſcripturis diuinis cõperiebatur,quod & fecit Ieronymus,quando opus fuit, & feciſſet crebrius,ſi neceſſe iudicaſſet. Atveropoſtq̃ certã indubiamq; tralationẽ habuit eccleſia,tali recurſu nihil opus fuit. Et profecto ſiviueret hoc tempore Ieronymus, non cenſeret ad hebraicum eſſe recurrendum, cum certiſſima ſit tralatio, qua nunc vtitur eccleſia. Deníque quod aduerſarius ait,ea quę per Ieronymũ prefatis in epiſtolis adducuntur,de Hebręo;potius videri e Nazareorũ euangelio fuiſſe deſumpta. Plane inepta eſt huiuſmodi cenſura. Nũquid tam hebes fuit Ieronymus,vt ea quę ſub nomine citabat Matthęi,& Matthæi eſſe dicebat,ex illo euangelio apocrifo,quo Nazarei,& Ebionitæ hęretici vſi ſunt,depromeret? inſanus eſt qui ita putat. Ergo illa quę ſub nomine Matthæi adduxit,dubio procul, deprompſit ex euangelio,quod eſt vere Matthæi. ¶ Sed dicet aduerſarius, Ieronymum illo euangelio,quod iuxta Hebręos dicitur,frequenter vſũ fuiſſe.nam & libro tertio,contra Pelagianos probare volens hominem qui vel baptiſma ſuſcepit,per ſe,propriaque voluntate,ſine peccato eſſe non poſſe,eo vtitur,dicens in hunc modũ. In euãgelio quod caldaico,ſyroque ſermõe,ſed hebraicis literis ſcriptũ eſt,quo vtuntur vſq; hodie Nazarei,ſecundũ apoſtolos,ſiue vt plerique autumant, iuxta Matthæum,quod in ceſarienſi habetur bibliotheca,narrat hyſtoria.&c. Itidem Matthęi capite duodecimo, explanãs quis fuerit ille,cuius manum aridã ſanauit Chriſtus,etiã eo vtitur,quum ita inquit. In euangelio,quo vtuntur Nazarei & Ebionitæ,quod nuper in græcum de hebręo ſermone tranſtulimus,& quod vocatur a pleriſque Matthæi autenticum,homo iſte,qui aridã habet manũ cementarius ſcribit.&c. Igit dicet aduerſarius, quur toties vtatur illo Nazareorum euangelio Ieronymus, & dicat multos putare illud eſſe Matthæi? Veriſimile eſt ea quę ex hebræo adduxit,ex illo Nazareorum euangelio ab eo fuiſſe deprompta. Quod ſi ita eſt,nõ poteſt ex illis locis quos Ieronymus in epiſtolis de hebręo adduxit,cõfici Matthæum hebraice ſcripſiſſe. Fateor imprimis Ieronymum illo euangelio apocrifo aliquando vſum fuiſſe,ſed non ad authoritatem,quẽ admodũ ſatis inſinuat,præfato libro,contra Pelagianos, vbi & hoc ſubiungit. Quibus teſtimoniis,ſi non vteris,ad authoritatem vtere ſaltem ad inquiſitionẽ. Fateor & Ieronymũ retuliſſe aliquorum opinionẽ,qui putarunt euãgeliũ illud apocrifũ eſſe Matthæi. ſed in ficior opinioni illi eũ aſſenſiſſe. Nouerat etenim Ieronymus indubie quatuor dũtaxat euãgelia eſſe ſuſcipienda, quemadmodum ex ſcriptis eius liquido patet. Nouerat quoque in illo euangelio Nazareorum multa falſa eſſe,ac propterea vere non eſſe Matthæi exemplar,ſiue autenticum,nec ei quoque aſcribendum eſſe,nec demum ſolidam probationem ex eo confici poſſe ad ea fulcienda,quę in cõtentione verſantur. Deníque ea quæ ex illo Nazareorum euangelio adduxit Ieronymus ipſe,nunquam Matthæo euangeliſtę aſcripſit,ſicut ediuerſo ea quæ citauit de Hebræo ſub Matthæi nomine, nunquam ex illo apocrifo euangelio deprompſit, quemadmodum temere ſuſpicatur aduerſarius,ſed ex ipſo produxit euangelio,quod vere fuit Matthæi. Quibusanimaduerſis coniiciendum eſt partim ex ipſis allegationibus,quas de Hebræo ſub nomine Matthæi fecit ipſe Ieronymus, partim ex aliis eius dictis fuiſſe volumen quoddã euangelicum,quod a Matthæo ſermone hebraico conſcriptum eſt, quod & Ieronymus ipſe vidit,& deſcripſit,&vſus interdum eſt,quãdo operę preciũ fuit. Coniiciendũ inquã eſt Ieronymũ vtroq; euangelio ſcilicet apocrifo, ſecundum Hebræos, & catholico ſecundum Matthęum,frequenter vſum fuiſſe,& teſtimonia ex vtroque protuliſſe,quando ſibi ita viſum eſt. Verum ex his omnibus cõfici nõ poteſt hebraice Matthęũ minime ſcripſiſſe. ¶ At pcontatur aduerſarius, quur Ieronymus in grecã linguã nõ vertit hebraicũ Matthæi euãgeliũ,ſi aliquod extabat, cũ fateatur ſe Nazareorũ euãgeliũ traduxiſſe? Reſpõderi quidẽ poteſt eũ forte nõ trãſtuliſſe Matthęum, quod aĩaduertit eũ fideliter ac decẽter in grecã linguã fuiſſe tradu-ctum. Eãobrẽ noluit iterũ tranſferre in grecũ,ne acta agere videretur. Alterũ vero euãgeliũ ſcilicet Nazareorũ,idcirco traduxit quod necdũ in grecã linguã verſũ fuerat. ¶ Sed pgit aduerſarius & miratur quur Nazarei maluerint caldaicũ illud amplecti q̃ hebraicum. Nẽpe quod mos ſit hęreticorũ,ea quę apocrifa ſunt,& falſa potiſq̃ vera catholicaq; amplecti. Quod inquã ſit eorũ cõſuetudo peculiaris,vbi aliquid cẽſuerint eſſe acceptandũ,cętera oĩa floccipendere. Quod pfecto in ipſis Ebionitis liqdo patuit;quippe qui euãgelio illo ſecundũ Hebręos vtẽtes cętera oĩa nihilifecerint, quẽadmodũ refert Euſebius,tertio hyſto.eccle.libro. ¶ Adhuc iſtat aduerſarius & q̃rit ſi horũ alterũ ſic cõtrouerſia erat Matthęi,alterũ apocrifũ quur toties repetit Ieronymus caldaicũ illud a pleriſq; credi Matthęi & autenticũ? Scilicet ne multorũ opinione ſeduceremur & caldaicũ pro hebraico ãplectẽtes fidẽ apocrifis tribuemus. Solẽt eñ doctores ſãcti, falſas ineptaſq; opiniões frequẽter inculcare,vt eas cognoſcentes diligẽtius caueamus. ¶ Sed rurſũ pſequit & dicit. Si diuus Ieronymus indicaſſet hoc euãgelium,quod deſcripſit eſſe vere Matthęi,oportuit reliquum quidem nouũ teſtamentum ad græcam veritatem emendare,cęterum euangelium Matthæi ad hebraicam veritatem reſtituere. Idem feciſſet Origenes,homo prodigioſæ diligentiæ,ſi deprehẽdiſſet Matthęum hebraice ſcripſiſſe. Dicimus

quidem nouum teſtamentum græcę fidei per Ieronymum ipſum fuiſſe reddítum,quemadmodum ex ſubiectis apparebit,ſed nō fuiſſe opus euangelium Matthæi ad hebraicam veritatē reſtituere,quā doquidem reſtitutione huiuſmodi non indigebat,vt pote quod fideliter,ac decenter tam gręce quam latine traductum tunc habebatur. Siquidem Ieronymus ipſe locis pene innumeris vtitur ipſa tralatiōe euāgelii Matthęi,q̄ paſſim in bibliis habetur,tā pro fulciēdis noſtrę fidei rudimentis,quā pro reprobandis erroribus. Sed & ipſū Matthæi euangelium explanauit,quamuis ſuccincte propter temporis breuitatem,hoc enim teſtatur ſe feciſſe quindecim diebus,vrgebat nuncius,ſiquidem recedere volens. Atqui miníme explanaſſet ſi Matthæi euangelium fuiſſet corruptū,& reſtitutione propterea indiguiſſet. ¶ At ſciſcitatur aduerſarius,ſi Matthæus ſcripſit hebraice,qui factum eſt ſic periiſſe neglectum quod ſcripſerat, vt ne in Syria quidē exemplar ſupereſſet pręter vnicum illud, debuerat imprimis aduerſarius probaſſe quod ſupponit,ſcilicet vnicum fuiſſe exemplar Matthæi,quod in Syria ſupererat. Siquidem vicioſum eſt id ſupponere,quod imprimis probādum eſt. Debuerat inquam nonnihil probationis afferre. Sed qui facere potuiſſet, cum nullus author dicat vnicum tunc ſuperfuiſſe exemplar. Non enim conſequens eſt,ſi Ieronymus in Berſabee Beroza vrbe Syriæ vnum inuenit,propterea alibi nullum aliud ſuperfuiſſe. Et ſi dederimus vnicū exemplar in Syria fuiſſe,non tamen propterea conficere poſſit aduerſarius nulla alia exēplaria alibi extitiſſe. Age vero ſi detur pauca tunc temporis exemplaria ſuperfuiſſe,dicendum erit,non incuria fidelium fuiſſe effectum,ſed aut malitia Iudęorum,qui ſcripturas noui teſtamenti delere ſemper conati ſunt,aut certe quod tralatio eius paſſim vulgata,ac recepta erat,quę ſufficere videbatur. Adde poſt primitiua eccleſię tempora paucos fideles fuiſſe, qui hebraice ſcirent. Poſt tempora enim illa Iudæi per orbem diſperſi, in ſua cœcitate perſeuerarunt. eamobrem non ita multiplicatum eſt ipſū euangelium hebraicum,preſertim cum iam in linguam aliam traductum eſſet,quam Iudęi conuerſi intellígere poſſent. Et hoc quidem ſatis eſſe,viſum eſt. ¶ Denique ſuis ſuſpitionibus finem faciēs aduerſarius,rogat,cum Chriſtus nō hebraice,ſed caldaice fuerit locutus,qua lingua tū Hebręi vulgo vtebātur,quid venit in mētē Matthęo, vt hebraice ſcribere maluerit q̄ ſyriace,hoc eſt lingua,& paucioribus nota,& diuerſa ab ea,qua loquutus eſt Chriſtus. Huic interrogationi reſpondentes dicimus,imprimis vicioſo eū diſceptationis genere abuti,vtpote qui ſupponat quod ab eo probādū eſſet,ſcilicet dominum Chriſtum,vt & Hebræos fuiſſe caldaice loquutum.

Quod nihilominus ſi gratis detur,non tamen fatendum eſt linguā caldaicam ita in conſuetudine tum fuiſſe, vt nullus eſſet hebraice vſus. Hoc enim aperte falſum liquet,imprimis ex titulo crucí ſaluatoris affixo,qui ſecundum Ioannem fuit ſcriptus hebraice,græce,& latine,& a multis Iudæis non ſolum lectus,ſed etiam intellectus. Siquidem poſtquā eū Iudæi legerāt,dixerunt Pilato. Noli ſcribere rex Iudæorum,ſed quia ipſe dixit,rex ſum Iudæorum. Deinde hoc idem reprobatur ex Ieronymo,qui Marci quindecimo capite,hunc in modum ait. Hę tres linguę in crucis titulo coniūctę ſunt, vt omnis lingua cōmemoraret perfidiā Iudęorū. Deniq; ex Auguſtíno ſuper Ioannē,patet linguā hebraicā,etiā pręcipue tū in vſu fuiſſe dícit enim ibidē hoc pacto. Hę quippe tres linguæ ibi prę cęteris eminebant. hebræa propter Iudęos,in lege dei gloriātes. græca propter gentiū ſapientes. latina propter Romanos multis & pene oībus tūc gentibus imperātes. Vides & titulū crucis & Ieronymū & Auguſtinū de hebraica quidē lingua loqui,nihil aūt de caldaica. Quareveriſimilius eſt hebræū q̄ caldaicū in vſu fuiſſe. Sed obſecro ita ne in diſſuetudinē abierat hebraica lingua,vt tūc nullo modo haberetur in vſu? Si ita cōtēdas,dic,queſo,quis poſtea eā excitauit? quis poſteriores hebraice loqui docuit? quomodo veriſimile eſt literas ſiue caracteres hebræos tū fuiſſe in vſu,& ſermonē ipſū ī diſſuetudinē abiíſſe? Adde quod Paulus epiſtolā ad Hebræos hebraico ſermone contexuit. Itidē cū reuerſus eſſet Hieruſalē,& a tribuno,qui eū duabus catenis alligarí fecerat,permiſſus loqui fuiſſet ad populum, locutus eſt hebręa lingua,quēadmodū in Actibus apoſtolorū legitur. capite viceſimoſecundo. At hęc nō feciſſet,ſi Iudæi tū hebraice locuti nō fuiſſent. Quapropter fatendū eſt linguā hebraicā eo tempore invſu fuiſſe. Deniq; Ioſephus affirmat hyſtoriā Iudaicí belli non ſolū gręca facundia,verū & patrio,id eſt hebręo ſermone ſuis etiam ciuibus ſe edidiſſe,quēadmodū refert Euſebius,tertio eccleſiaſticæ hyſtorię libro. Ineptū igit eſt putare Iudæos tuncvſos minime fuiſſe hebraica lingua. eſto dicatur nōnullos caldaice fuiſſe locutos. Age vero ſi dederimus vulgus fuiſſe tuncvſum caldaica lingua; nō abnuimus tamen Matthęum hebraice ſcripſiſſe. Quæris quid ad eum ſcribendum Hebraice concitarit. Quęro & ex te, quid incitauit reliquos euangeliſtas ad græce ſcribendum,qui Hebræi ex Hebręis nati ſuis potiuſq; alienis videntur conſulere ſcribendo hebraice debuiſſe? Verum ne effugium quęrere videamur. Reſpondemus ipſū Matthęum animaduertiſſe veterem legem hebraice ſcriptam principio fuiſſe, vt ergo legem nouam (quam in ſuo euāgelio fuerat complexus) veteri legi etiam quo ad linguam redderet conſentientem, & Iudæis

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

preſertim literatis,a quibus abſcedebat,patria lingua ſcriptam dimitteret:hebraice potius ſcribere voluiſſe. Adde quod vel vnum euangelium principio fuit hebraice conſcribendum, ne Iudæi, qui græce haud ſciebant excuſabiles viderentur,ſi nihil nouæ legis lingua ſua eis traditum fuiſſet. Quod autē ait aduerſarius,in calce,Euſebium Cęſarienſem,hyſtoriæ eccleſiaſticæ libro tertio meminiſſe euangelii ſecundum Hebræos,& de altero volumine non meminiſſe:plane falſum eſt quod ait aduerſarius. nam Euſebius ipſe eodē libro,capite viceſimoquīto,&capite triceſimonono,refert Matthęū patria lingua,ſermoneque hebræo ſcripſiſſe,quemadmodum ſuperius a nobis dictum eſt,vt interim taceam locos alios ſupra citatos, in quibus idem retulit. Sed iam huiuſcemodi leuibus ſuſpitionibus ineptiſque coniecturis,ſatis reſponſum videtur. eamobrem pergamus ad alia,quæ maioris ſunt momenti.

¶Capite ſecundo agitur de tralatoribus, ac tralationibus ſacræ ſcripturę & primum quidem de iis quę de Hebręo in Gręcum factæ ſunt,deinde ſubditur de latinis.

AGamus igitur de tralationibus ſacræ ſcripturæ & primum quidem de traductione veteris teſtamēti. Qua in re dicamus ipſum vetus teſtamētum bifariam in genere tralatū fuiſſe,ſcilicet in gręcam linguam,& latinam. Etenim primitus in gręcam linguam verſum eſt,deinde in latinam. In gręcam autem linguam,non ſemel traductum eſt. Enimuero multi fuere,qui de Hebręo verterūt in Gręcam,in quibus primi putantur ſeptuaginta interpretes,deinde poſt ſaluatoris aduentum, Aquila,Symachus,&Theodocion,tres fecere traductiones,diuerſis quidē temporibus. Siquidem Aquila,Iudæus, natione Pontícus,vt refert Platina,cū Priſcilla vxore, edicto Claudii diſcedens vſq; ad tēpora Sixti primi,& Adriani imperatoris,ſuperuixit, ſecundus diuinæ legis fuit interpres,poſt illos .lxx. qui Philadelphi temporibus vixerant. Et quantum ex commentariis Ieronymi in Ezechielem colligere licet:iſte Aquila duplicem fecit editionem. Dicit enim capite tertio hunc in modum. Aquilæ vero ſecunda editio quam Hebręi Cata arbiam nominant,tranſtulit.&c. Et capite quarto. Aquilę autem prima editio & Symachus interpretati ſunt. Et rurſus. Prima Aquilę editio,baculum. Secūda &Symachus, Theodociōq; firmamētū interpretati ſunt. Et capite quinto,ꝑ eo quod nos interp̄tati ſumus, quia ſuperaſtis gentes,q̄ in circuitu veſtro ſūt. Symachus trāſtulit q̄a multitudo veſtra fuit ex

gētibus quæ in circuitu veſtro ſunt. Aquilę ſecunda editio, eo quod nominati eſtis in gētibus,quę in circuitu veſtro ſunt. Sic igitur cōſtat ipſum Aquilam duas editiones feciſſe. Floruit autē,ac interpretatus eſt anno poſt Chriſti aſcēſionem. cxxiiii. Poſt Aquilam vero Theodociō patria Epheſinus,vel vt Platina ſcribit,genere Aſianus, Taciani (cum adhuc fidelis eſſet) diſcipulus vir doctiſſimus, tertiā ex Hebręo in Gręcum edidit tralationem,quinquaginta circiter annos poſt Aquilam. temporibus Cōmodi, vel potius Incōmodi imperatoris,videlicet anno Chriſti. clxxiiii. Hic autem Theodocion, vt ait Hieronymus in prologo explanationum Danielis,poſt aduētum Chriſti incredulus fuit,licet eum quidam dicāt Ebionitam, qui altero genere Iudęus eſt. Poſtea vero Symachus,qui referente Euſebio ſexto hyſtorię eccleſiaſticæ libro Hebioneus fuit, poſt trīginta circiter annos dicitur quartam feciſſe tralationē ex Hebræo in linguam Gręcam ſub Seuero imperatore anno Chriſti circiter ducenteſimo. Poſtmodum interiecto paruo tempore,ſcilicet octo annis inuenta eſt Hieroſolymis,vt poſt dicetur,vel vt tradunt alii,Hieri co quędam editio,ſine auctoris nomine,quę dicta eſt vulgata editio,ſiue quinta tralatio. Origenes tamen eam in Actio littore inueniſſe ſe ſcribit vt refert Ieronymus,in Canticis canticorum. Tandē poſt aliquot annos ipſe Origenes,qui & Adamātius nominatus eſt & ſub Calixto papa & Antonio caracalla florere cœpit alias editiones græcas tempore Alexandri Mameę imperatoris reperiſſe fertur in abſconditis & ſecretis latentes,in quibus nec nomina quidē interpretum reperit ſcripta. Et quia eas ſine nomine authorum variis in locis reperit, ſextam & ſeptimam editionem nominauit, quemadmodū teſtatur Euſebius libro hyſtoriæ eccleſiaſticæ ſexto. Denique poſtquam Origenes ipſe tantam vidit eſſe varietatem in tralationibus veteris legis,eas ipſas,de quarum authoribus cōſtabat,ſimul adunare curauit. Confecit ſiquidem codices quoſdam famoſiſſimos,quos & hexapla nuncupauit,in quorum pagella qualibet ſex fecit columnellas, ſiue ordines,& in primo quidem verba poſuit hebræa literis hebraicis deſcripta. in altero, gręcis literis hebræa verba deſcripſit,in tertio editionem Aquilæ,in quarto Symachi traductionē,in quinto ſeptuaginta interpretum tralationem: in ſexto Theodocionis interpretationem ſubiunxit,quemadmodū teſtatur Euſebius. Ex quo ſatis confutatur error eorum qui putant in hexaplis Origenem ipſum ſex tralationes poſuiſſe, cum tantum quatuor fuerint,vt dictum eſt,ab eo poſitę. Quod autem nonnulli putant Origenem vetus teſtamentum de Hebræo in Græcū traduxiſſe,ipſi viderint. Aliter enim ſentit Ruffinus hoc pacto dicēs.

Ego illius nec vnam lineam ex ſcripturis diuinis de hebræis inuenio tralatam. Porro ipſe Origenes,vir prodigioſę diligentiæ, animaduertēs ſeptuaginta interpretes,multa de hebraica veritate prętermiſiſſe,auſus eſt eorū editioni multa inſerere de tralatione Theodocionis quemadmodum teſtatur Ieronymus,in prefatione in Pentateucum,dicens Origenem editioni antiquæ,tralationem Theodocionis,miſcuiſſe,& aſterico & obelo,id eſt ſtella & veru opus omne diſtinxiſſe,dum aut illuceſcere facit quę minus ante fuerant, aut ſuperflua quęquæ iugulat. Idem quoque teſtatur in prologo Paralipomenon,hoc dicens modo. Et certe Origenes nō ſolum exempla quatuor editionum e regione ſingula verba deſcribens, vt vnus diſſentiens ſtatim inter ſe conſentientibus cæteris arguatur. Sed quod maioris audaciæ eſt,in editione ſeptuaginta, Theodocionis editionem miſcuit,aſtericis deſignans quæ minus fuerāt & virgulis,quæ ex ſuperfluo videbātur appoſita. Ipſe quoque Ieronymus ea exemplaria,quæ ab Origene magno labore facta fuerant,curauit emendare.quemadmodū ipſe fatetur in epiſtola ad Titum dicēs, in hūc modum. Vnde & nobis curę fuit omnes veteris legis libros, quos vir dictus Adamantius in exemplа digeſſerat,de Cęſarienſi bibliotheca deſcriptos, ex ipſis autēticis emēdare,ī quibus & ipſa hebręa propriis ſunt caracteribus verba deſcripta,& græcis literis,tramite expreſſa diuino. Aquila etiam & Symachus ſeptuaginta quoque, & Theodocion,ſuum ordinem tenent. Nonnulli vero libri & maxime hi qui apud Hebræos verſu compoſiti ſunt, tres alias editiones additas habent,quam quintam,& ſextam,& ſeptimam tralationē vocāt, authoritatem ſine nominibus interpretum conſecutas. Hęc, immortale illud ingenium,ſuo nobis labore donauit,vt magnopere pertimeſcamus ſupercilium Iudæorum. Hæc Ieronymus.

¶ Verum in his quę dicta ſunt, illud forte lectorem mouebit,quod Symachus poſt Theodocionem traduxiſſe dictus eſt, cum tamen Origenes in hexaplis, tralationē ipſius Symachi prefecerit Theodocionis editioni. Quod ſi dixerit quiſpiam nihil eſſe mirandum, cum & interpretationem ſeptuaginta, poſt ipſius Symachi traductionem ipſe Origenes collocarit,hoc non ſatisfacit auido lectori. Nam Euſebius Cęſariēſis,Ieronymus,& Auguſtinus,cum de his tribus iterpretibus Aquila,Symacho,& Theodocione commemorāt, Symachum Theodocioni plerunque anteponunt. Etenim tam in epiſtolis quam explanationibus & tractatibus ipſius Ieronymi,pauciſſimos inuenies locos,in quibus Theodocionē prę ferat Symacho, cum tamen locis pene innumeris de illis tribus agens Symachum præponat Theodocioni. Sed quoniā hoc eſt exigui momenti,ideo

curioſo lectori relinquatur diſcutiendum. ¶ Illud maioris eſt ponderis,an tralatio illorum trium habeat authoritatem. Videtur imprimis eorum interpretationes autenticas nō eſſe,nam Ieronymus in prologo Eſdræ dicit eos Iudęos,Ebionitaſque fuiſſe.& in prologo Iob,ait ipſos iudaiſātes,& hęreticos multa myſteria Saluatoris ſub dola interpretatione celaſſe. Et de Aquila loquens in epiſtola ad Pammachium. De optimo genere interpretandi,hoc pacto ait.

Aquila autem proſelitus,& contentioſus interpres, qui non ſolum verba,ſed & ethimologiam verborum tranſferre conatus eſt, iure proiicitur a nobis. Cum igitur fuerint hæretici, & doloſe quędam reticuerint,quo pacto erit autentica eorum interpretatio? At nihilominus fatendum eſt eorum tralationes aliquid authoritatis,& vtilitatis iampridem habuiſſe. Nam & Origenes eas in hexaplis poſuit. Et tempore Ieronymi habebantur apud eccleſias,& explanabantur ab eccleſiaſticis viris,vt ait ipſe in prologo Iob. Itidem græci poſt ſeptuaginta tralatores lectitabant,vel ob ſtudium doctrinæ ſuæ,vel vt ſeptuaginta magis ex collatione eorum intelligerent, quemadmodum ipſe Ieronymus in prologo Eſayę, teſtatur. Itaque nonnihil tum authoritatis,tum vtilitatis habuere. Quod autem ipſe Ieronymus ait Aquilam iure proiici a nobis,non propterea reprobat eius editionem,ſed intelligit eum minus interpretatum fuiſſe ad verbum,quam boni interpretis ſit potius tranſferre ſenſum, de ſenſu. habuere igitur illi tres authoritatem. Quanquam apud multos Græcos,& Latinos pene fuerunt incogniti, quemadmodum ex diuo Auguſtino conficitur, qui ait, de ciuitate dei, tralationem ſeptuaginta interpretum,ita ſuo tempore in vſu fuiſſe, vt apud multas eccleſias ignoraretur,an aliqua alia eſſet tralatio.

Aquila

Ierony.

Hoc autem tempore parum afferrēt vtilitatis illi interpretes,ſi haberentur,qum certam habeamus ſcripturam diuinam decenter traductam,ſufficienterque explanatam per catholicos doctores, quibus longe magis quam illis iudaiſantibus,credendum eſt.

Nihil igitur nunc opus eſt tantis varietatibus tralationum,quæ potius ingenia confunderent,quam iuuarent.

¶ Sed quæris tamen quid mouit iſtos tralatores Græcos vetus teſtamentum traducere poſt ſeptuaginta interpretes? Ieronymus in prę fatione cronicæ Euſebii cauſam aſſignat, dicens. Diuinorum voluminum inſtrumenta a ſeptuaginta interpretibus edita,non eundem ſaporem in græco ſermone cuſtodire. Quamobrē inquit Aquila,& Symachus,& Theodocion incitati diuerſū pene opus in eodē opere prodiderunt, alio nitente verbum de verbo exprimere,alio ſenſum potius ſequi,tertio non multum a veteribus diſcrepante.

Ieronymus

¶ Quæris rursus, an quinta, & sexta, & septima editiones authoritatem habuerint? Respondet Ieronymus, in ipsa præfatione cronicæ Eusebianę habuisse, hoc dicens modo. Quinta autem, & sexta, & septima editio, licet quibus censeatur authoribus ignoretur, tamē ita probabilem sui diuersitatem tenent, vt authoritatem sine nominibus tenuerint. Idem patet ex commentariis eius, in epistola ad Titum, vt supra relatum est.

¶ Cæterum postquam generatim dictum est de tralationibus grę cis, quæ scilicet de Hebræo in Græcum factæ sunt; consequenter agendum est, de tralationibus latinis.

Qua in re dicimus ante diuum Ieronymum, innumeras pene fuisse tralationes latinas, quemadmodum testatur ipse Ieronymus, in prologo Iosuę, dicens apud Latinos suo tempore fuisse tot exemplaria, quot codices; & vnumquemque pro arbitrio suo, vel addidisse, vel subtraxisse, quod ei visum fuerat. Assentitur & Augustinus, secundo de doctrina christiana libro, dicens in hunc modum. Qui enim scripturas, ex hebræa lingua, in græcam verterunt linguam, numerari possunt, Latini autem nullo modo. Vt enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex græcus, & aliquantulum facultatis sibimet vtriusque linguæ habere videbatur, ausus est interpretari hęc Augustinus. At vero cum tanta esset tralationum varietas, & multa exemplaria apud Latinos corrupta fuissent, tandem sacer Ieronymus, trium linguarum peritissimus, volens ecclesiæ, præsertim latinæ consulere, duplicem veteris testamenti editionem fecit. Etenim imprimis, traductionem septuaginta interpretum, de Græco, traduxit in Latinum. Deinde ex ipso fonte hebraico, latinam fecit tralationem. Quod autem Ieronymus ipse interpretationem septuagīta emendarit, ac verterit in Latinum, testatur ipsemet, in prologo Paralipomenon, hoc dicens modo, Cęterum memini editionem septuaginta tralatorum, olim de Græco emendatam tribuisse me nostris. Et in prologo Iob, postquam pręmisit se tralationem sub astericis, & obelis edidisse, ita subiungit. Vtraq; autem editio, & septuaginta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore tralata est. ¶ Idem quoque in epistola ad Cromacium, & Eliodorum, sic ait. Si cui sane septuaginta interpretum, magis editio placet, habet eā a nobis olim emendatam. Et in epistola quadam ad diuum Augustinum, ait hoc pacto. Quod autem in aliis quæris epistolis, cur prior mea in libris canonicis interpretatio astericos habeat, & virgulas prænotatas, & postea aliam tralationem absque his signis ediderim? pace tua dixerim, videris mihi non intelligere, quod quæsisti. Illa enim interpretatio septuagin

Ieronymus.

ta īterpretū est, & vbicunque virgulę id est obelli sunt, significatur quod septuaginta plus dixerint, quam habetur in hebræo. Vbi autē asterici, id est stellæ prælucentes, ex Theodocionis editione ab Origene additum est. Et ibi græca transtulimus, Et in eadem epistola subdit. Ego enim non tam vetera abolere conatus sum, quæ linguæ meæ hominibus emendata, de Græco in latinum trāstuli, quam ea testimonia, quę a Iudæis p̄termissa sūt, vel corrupta. Proferre in medium. Item libro secundo contra Ruffinum, hunc ad modum infit. Ego ne cōtra septuaginta interpretes aliquid sū locutus, quos ante annos plurimos diligentissime emendatos meę linguę studiosis dedi? Quod autem Ieronymus ipse de hebraica lingua, vetus testamētum immediate traduxerit in latinum, affatim probabitur in sequētibus, & de tralatione quoque noui testamenti, quæ ex Græco in Latinum facta est, etiam discutietur, vbi de interpretatione septuaginta interpretū, de qua dicere cœperamus, & hactenus propter alias tralationes afferendas, breuiterque expediendas distulimus, latius fuerimus prosecuti. Hæc enim quoniam & autentica est, & in vsu ecclesiæ habetur, maiorem flagitat discussionem.

Ierony.

¶ Capite tertio discutitur speciatim de tralatione septuaginta interpretum.
A quibus scilicet, sub quo, quando & quomodo, facta sit.

Eius igitur excussionem aggredientes, dicamus. Im primis, a quibus, sub quo, & quando sacra veteris testamenti pagina, imprimis de Hebræo in Græcū traducta est. Enimuero prima diuinę legis tralatio, quæ de Hebręo, in aliam linguam scilicet græcam facta est, tempore Ptolomei Philadelphi Aegyptiorum regis, qui post mortem Alexandri Magni, quem hystoriæ ferunt, partim armis, partim terrore, totum fere orbem subiugasse, secundus in Aegypto regnauit, per septuagintaduos viros Iudæos, & presbyteros, hebraicæ, & græcæ linguæ peritos effecta fuisse putatur. quemadmodum patet ex hystoriographis, in quibus est ipse Eusebius Cęsariensis in cronica sua Olīpiade centesima vicesimasexta, in hunc modum dicens. Ptolomeus Philadelphus Iudæos, qui in Aegypto erant, liberos

Alexāder magnus

Ptolomeus Philadelp.

eſſe permiſit, & vaſa Eleazaro pontifici Hieroſolymorum votiua tranſmittens diuinas ſcripturas invocem grecam, ex hebręa lingua per ſeptuaginta interpretes, tranſferre curauit, quas in alexandrina bibliotheca habuit, quā ſibi ex omni genere literaturæ cōparauit. Cui aſſentiens Auguſtinus & hoc ipm decimo octauo, de ciuitate dei libro, prolixius declarās, hoc pacto ait. Has ſacras literas etiam vnus Ptolomeorum regum Aegypti noſſe ſtuduit, & habuit. Nam poſt Alexādri Macedonis, qui etiam magnus cognominatus eſt, mirificentiſſimam, minimeque diuturnam potentiam Ptolomeos reges habere cœpit Aegyptus, quorum primus Lagi filius, multos ex Iudęa captiuos in Aegyptum trāſtulit. Huic autem ſuccedēs alius Ptolomeus, qui eſt appellatus Philadelphus, omnes quos ille adduxerat ſubiugatos, liberos redire permiſit. Inſuper & dona regia in tēplum dei miſit, petiuitque ab Eleazaro tunc pontifice ſibi dari ſcripturas, quas profecto audierat, fama prędicante, diuinas. & ideo cōcupierat habere in bibliotheca, quam nobiliſſimam fecerat. Has ei cum idem pontifex miſiſſet hebręas, poſt etiam ille interpretes poſtulauit, & dati ſunt ei ſeptuaginta duo, de ſingulis duodecim tribubus, ſeni homines, linguæ vtriuſque doctiſſimi, hebraicę ſcilicet, atque grecę, quorū intepretatio, vt ſeptuaginta vocetur, iā obtinuit cōſuetudo. His aſtipulatus venerabilis Beda, agens de Ptolomeo Philadelpho, in libro de tēporibus, ſic ait. Ptolomeus Iudęos qui in Aegypto erant, liberos eſſe permiſit, & Eleazaro pontifici multa Hieroſolymam & templo donaria, vaſaque tranſmittens ſeptuaginta interpretes petiit, qui ſcripturam ſanctam in grecū verterent eloquium. Ex his enim liquet a quibus, ſub quo, & quando ſacrę literę primum interpretatę ſunt. Quod ſi quiſpiam tibi obiiciat præfatū Euſebium alibi, ſcilicet quinto eccleſiaſticę hyſtorię libro, referentem dicta Hyrenei Lugdunenſis epiſcopi, ac dicentē Ptolomeū Lagi filium huiuſmodi interpretationem curaſſe. Dices aut librum eſſe mendoſum, & pro Ptolomeo Philadelpho fuiſſe poſitum Ptolomeum Lagi filium, aut certe illum Hyreneum fuiſſe in hoc hallucinatum, cum vnanimiter dicant Hyſtoriographi, hoc factum fuiſſe ſub Ptolomeo Philadelpho, non autem ſub ſuo prędeceſſore filio Lagi, qui non beneficia Iudæis contulit, ſed Hieroſolimis, & Iudæa in ditionem ſuam dolo redactis, plurimos Iudęos in Aegyptum captiuos tranſtulit.

Beda.

¶Sed obiiciet rurſus quiſpiam huiuſmodi tralationem ſeptuaginta interpretū, in id tēpus nō incidiſſe. aut certe primā eā non fuiſſe. Siquidē Plato ſuis ī libris multa diuina poſuit, q̄ ex ſacris Hebręorū voluminibus deprōpſiſſe putaꝝ. At vero ille nō potuit ſacras literas

noſſe, niſi traductæ imprimis fuiſſent in grecam linguam, quam ille calebat. Nulla enim hyſtoria tradit hebraice eum ſciuiſſe. Nōnulli putauerunt, quemadmodum Auguſtinus, octauo de ciuitate, refert eum quādo perrexit in Aegyptum Hieremiā audiſſe prophetā. Putauit & Auguſtinus ipſe, ſecūdo de doctrina chriſtiana, Platonē temporibus Hieremiæ vixiſſe, & per eum fuiſſe imbutum. Verum hoc falſum eſt, nam & in libro retractationum palinodiam cantauit Auguſtinus ipſe, natus enim fuit Plato poſt Hieremiam, cētū & ſeptuagīta circiter annos, quemadmodum liquet per temporū ſupputationem. Quapropter in illa peregrinatione, Hieremiā videre non potuit, tanto ante tempore defunctum. Alii putauerunt ipſum Platonem ſacras literas in illa ſua peregrinatione, in Aegyptum legiſſe. Et hoc quoque falſum eſt, nam a morte Platonis, vt idem Auguſtinus ibidem ait, vſque ad tempus, quo Ptolomeus rex Aegypti, ſcripturas propheticas gentis Hebræorum de Iudæa popoſcit, & per ſeptuaginta viros hebræos, qui etiam græcam linguam nouerant, interpretandas, habēdaſque curauit. anni ferme reperiuntur ſexagīta. Itaque non potuit ipſas ſcripturas legere, quę nondum fuerant tralatæ in grecam linguam. Quomodo igitur multa nouit, & ſuis in libris poſuit, quorum ſimilia ſacris in literis habentur? Reſpondetur, eum vel diuinitus inſpiratum fuiſſe, vel per interpretem ſacras noſſe literas, quemadmodum & Aegyptias, non vt ſcribendo tranſferret, ſed vt colloquendo quid continerent, quantum capere potuiſſet, addiſceret. ¶Sed hic obiter quæris, quot annos ante Chriſti natiuitatem facta eſt huiuſmodi tralatio? Magiſter in hyſtoriis numerat annos trecentos quadraginta & vnum. At hoc penitus falſū eſt. Nō enim tantum temporis fuit intermedium inter Ptolomeū Philadelphum, & Chriſti aduentum. Quod vt pateat, afferatur Origenes, quem refert Ieronymus in explanatione ebdomadarum Danielis, vt enim ait Philadelphus annos triginta octo regnauit, poſt hunc Euergetes regnauit annos vigintiquinque, deinde Philopater annos. xvii. & poſt hunc Epiphanes annos vigintiquatuor. Itē alius Euergetes annos. xxvii. Soter, annos. xxxviii. Ptolomeus annos. xxvii. Cleopatra, annos. xx. menſibus quinque. Item Cleopatra cō regnauit Auguſto, annis tredecim. poſt Cleopatrā autem impauit Auguſtus Cęſar, annos quadragintatres, & Chriſtus, vt ait, quadrageſimoprimo anno imperii ipſius Auguſti natus eſt. Ex his enim per ſupputationem legitimam conſtat, a primo anno Philadelphi vſq; ad Chriſti natiuitatem non fluxiſſe, niſi ducētos ſexaginta ſeptem annos, & menſes quinque. ¶Secundum vero Euſebium, qui aliter ſcribit hyſtoriam. Ptolomeus Philadelphus regnauit annis tri-

Platōis natiuitas.

Opinio Euſebii.

gintaocto Euergetes,vigintisex.Philopater,decem & septē.Epipha nes,vigintiquatuor.Philometer,trigintasex.alius Euergetes,vigin tinouem.Phiston,qui & Soter.xvii.Ptolomeus Alexander, decem. Ptolomeus decimus,octo.Dionysius,trigínta. Cleopatra, vigintí duobus, quę Augusto cōregnauit annis quīdecim.post cuius mortē vsque ad quadragesimū secūdum annū imperii Augusti,quo Chri stus secundum eum natus est,sunt anni vigintiseptē.Et sic in sum ma a Philadelpho vsque ad Christi natiuitatem,sunt ducenti octo gintaquatuor anni.Assētitur Beda de tēporibus,hoc excepto quod Ptolomeum Philometrem dicit regnasse annis vigintiquinque,& sic essent anni minus vndecim.Sed cum in cæteris,scilicet nomini bus Ptolomeorum,& numeris annorum cōsentiat,putatur dissonā tia eo in loco prouenire ex errore librariorum. Sed vtcunque res ha beat,patet luculēter a tempore Philadelphi vsque ad Christum nō fuisse ad summum,nisi annos ducentos octogintaquatuor. Quare magister in hystoriis errauit,ferme in sexaginta annis. Sed de his hactenus. ¶Iam vero afferēdum est quid impulit ipsum Ptolomeū Philadelphum ad tralationem huiuscemodi habendam. Enimue ro duplex eum causa cōcitasse putatur.Imprimis volens bibliothe cę suę,quam referente Eusebio apud Alexandriam,ex omnium ve terum Grecorū voluminibus construebat,maiorē gloriam quęrere petiit etiam ab Hierosolimis,vt hebręas etiā scripturas,in greçā lin guam interpretatas acciperet. Deinde hoc diuina voluntate est ef fectum. Siquidem, vt idem Eusebius refert,in hoc dei volūtas & cō silium gerebatur.Queris quo pacto?nempe dei volūtas fuit,vt vni us dei venerāda maiestas hoc modo vulgaretur, vt ydololatriæ via precluderetur vt demum gentilibus occasio tribueretur salutis.

Sed pergamus ad alia. ¶Quosdam pulsare solet,quid,vel quantū ipsi septuaginta interpretes transtulerint. Iosephus cum suis He bręis asserit eos duntaxat pentateucum,id est,quinque libros Moy si traduxisse. cui opinioni propemodum assentire,aut certe subdu bitare aliquādo visus est Ieronymus, vtpote qui capite secundo Mí cheę dixerit in hūc modum.Interpretatio.lxx(si tamen septuagin ta est)Iosephus enim scribit,& Hebræi tradunt quinque tantum li bros Moysi ab eis translatos,& Ptolomeo regi contraditos,tamē di scordat.&c.At nihilominus fatendum est ipsos septuaginta inter pretes,totam veterem legem traduxisse, quemadmodum ex ipsius Ieronymi explanationibus quas fecit in libros sapientiales,& pro phetales,aperte constat.Ibi enim passim meminit de ipsis septua ginta interpretibus,dicens. Septuaginta ita dixerunt,dicens inquā hoc addiderunt,hoc prætermiserūt,hoc aliter iterpretati sunt, quā

in hebraico,seu aliis tralatoribus habeatur. Itaque non dubitat eis ascribere tralationem aliorum librorum veteris legis. Adde quod Ieronymus ipse in ipsis suis explanationibus,præsertim propheta rum duos interdum textus ponit. Vnum quidem secundum trala tionem septuaginta interpretum,alterum secundum veritatem he braicam,præsertim quādo inter ipsos septuaginta & Hebraicum di sonātia ab eo reperta est.Itidem Ieronymus ipse testatur septuagin ta interpretes traduxisse prophetas,libro contra Ruffinum secundo, vbi sic inquit.Commentarii in duodecim prophetas,& meā & se ptuaginta editionem edisserunt. Eapropter conicicndum est ip sos septuaginta non tantum quinque Moysi libros traduxisse.

¶Sed iam agamus de modo,quo ipsi septuaginta interpretati sunt. Et primum quidem,an simul in vna basilica,an diuersis in cellulis separatim suam interpretationem fecerint. Ieronymus asserit eos in vna basilica congregatos transtulisse. Sic enim ad Desiderium scribens, ait.Et nescio quis primus author septuaginta cellulas Ale xandriæ mendacio suo extruxerit,quibus diuisi,eadē scriptitarunt, cum Aristeus eiusdem Ptolomei hyperaspites,& non multo post tē pore Iosephus nihil tale retulerit,sed in vna basilica cōgregatos cō tulisse scribant,nō prophetasse.Itidem Iosephus de ipsis septuagin ta,libro secundo agēs,ait eos ad horam vsque nonam legis interpre tationi vacasse,in domo prope littus stante,& postquam residuo tē pore corporis curę indulsissent,mane ad eundem locum rediisse,& denique opere tralationis septuaginta duobus diebus effecto Ptolo meum,pręsentibus eis,qui interpretati fuerant legisse.Eapropter si Ieronymo & Iosepho credamus,fatendum erit,ipsos septuaginta in terpretes,non separatim,sed coniūctim suam interpretationem fe cisse. At nihilominus alii non spernendi authores aliter sentiunt. Siquidem Eusebius,quinto ecclesiasticę hystoriæ libro,capite octa uo referēs Hyreneum lugdunensem episcopum,ait ipsos diuersis in cellulis fuisse interpretatos. Sic enim ait. Qum ille,scilicet Ptolo meus singulorum volens accipere documenta, & verens ne forte p interpretationem occultarent insertam diuinis voluminibus verí tatem,singulos a se inuicem separat,& eadē seorsum positos inter pretari iubet,eumque ordinem interpretandi in singulis quibusque voluminibus obseruari,quosque rursum se corā in vnum omnes re uocari,& cōferre adinuicem,quæ singuli interpretati fuerant facit, Et tunc deus vere glorificatur,& scriptura sancta quod vere diuina esset agnoscitur.Omnes enim eadem iisdem verbis,iisdemque no minibus,ac sententiis scripserāt ab initio vsq; ad finem,ita vt& ipsi qui aderant gentiles,agnoscerent quia dei nutu scripturæ interpre

tatę ſunt. Vides vt non ſolum dicat Euſebius ſeparatim eos traduxiſ
ſe,ſed etiam cauſam reddat cur ita ſit effectum. Beatus quoque Au-
guſtinus his aſtipulatus,libro ſecũdo,de doctrina chriſtiana, de ip-
ſis ſeptuaginta interpretibus agens,ſic inſit. Quiſi(vt fertur) multi-
Auguſt.de doct. chri. que non indigni fide prędicant,ſingulis cellis,etiam ſinguli ſepara
ti,cum interpretati eſſent,nihil in alicuius eorum codice inuẽtum
eſt,quod non iiſdem verbis,eodemque verborum ordine inueniret
in cæteris:qui s huic authoritati conferre aliquid,nedũ præferre au-
deat? Idem quoque,octauo decimo,de ciuitate dei,capite quadrage
Auguſt.de ciuita.dei. ſimo ſecundo,hunc in modum inquit. Traditur ſane tam mirabilẽ
ac ſtupendum,planeque diuinum in eorum verbis fuiſſe conſenſũ,
vt cum ad hoc opus ſeparatim ſinguli ſederit,ita enim eorum fidẽ
Ptolomeo regi placuit explorare,vt nullo verbo,quod idẽ ſignifica-
ret &tãtũdẽ,valeret,vel in verborũ ordie alter ab altero diſcreparet
ſed tanq̃ ſi vnus eſſet interpres, ita quod oẽs interpretati ſunt vnũ
erat,quoniam re vera ſpiritus erat vnus in omnibus. Et ideo tã mi-
rabile dei munus acceperant,vt illarum ſcripturarum nõ tanquam
humanarum,ſed ſicut erant tanquam diuinarum,etiam iſto modo
commendaretur authoritas crediturís,quandoque gentibus profu-
tura,quod iam videmus effectũ. Ex his enim Auguſtini dictis rur-
ſus liquet ipſos ſeptuaginta interpretes ſeparatim ſacram ſcripturã
fuiſſe interpretatos. Verũ vt ab huiuſmodi nodo breuius nos expli-
cemus,dicamus plenam huius rei certitudinem humanitus haberi
non poſſe. In his enim rebus vetuſtiſſimis,quæ in facto conſiſtunt,
non poteſt certitudo citra reuelationem diuinam prorſus haberi.
Quamobrem pars illa quæ hoc in negocio magis placet, poteſt, ſe-
mota temeritate,ac pertinacia,probabiliter teneri. Itaq; ſi quiſpiã
maluerit aſſentire Auguſtino,dicet non eſſe mendacium,quod Iero
nymus mendacium putauit,dicet inquam non eſſe conſequens ſi il
le Ariſteus Ptolomeus yperaſpitis,id eſt ſatelles & armiger,vt inter
pretatur ipſe Ieronymus,ſecundo libro,contra Ruffinum. quãquam
quidam ſciolus,& barbarus Brito falſe protectorẽ interpretatur,ni-
hil tale retulerit,propterea ita non fuiſſe factum. Locus enim ab au
thoritate,quod dici ſolet,non tenet negatiue. Nec Ioſephi quoque
in hac parte valet ſententia,cum & hoc in negocio dicat alia que-
dam,quæ nec veriſimilia ſunt. Dicit enim ipſos ſeptuaginta inter-
pretes quinque libros Moyſi duntaxat fuiſſe interpretatos. Dicit &
eos ſeptuagintaduobus diebus opus ipſum feciſſe. Hæc autem cum
paſſim refellantur,nihil mirum ſi aliud eius dictum minime videa
tur recipiendum,quanquam ſi admitteretur ipſos interpretes quin-
que duntaxat libros Moyſi traduxiſſe,vt ſentit ipſe Ioſephus. poſſet

conſequenter recipi eos in ſeptuaginta duobus diebus ipſam ſuã tra
lationem feciſſe. At qum illud merito abiiciatur,hoc etiam non in
iuria refutari debet. ¶ Sed obiicies,ac dices eodem iure non eſſe cre
dendum Auguſtino,vtpote qui veritati quædam non ſatis conſen-
tanea dicat. Eniuero prefato libro,de ciuitate,octauo decimo, capi
te quadrageſimo tertio,ait ipſos ſeptuaginta intepretes non contu-
liſſe adinuicem,ſic enim inſit. Sicut in illis,ſcilicet prophetis, vera
& concordantia dicentibus,vnus pacis ſpiritus fuit,ſic & in iſtis vi-
delicet interpretibus,non ſecum conferentibus,& tamen tanquam
vno ore cuncta interpretantibus,idem ſpiritus vnus apparuit. Hoc
enim Auguſtini verbum,veritati conſentire non videtur. Quomo-
do enim diceretur vna tralatio a ſeptuaginta effecta,niſi aliquando
ſimul contuliſſent? Verum facile reſponderi poteſt, Auguſtinum ni
hil veritati aduerſum dicere,non enim intelligit eos nunquam con
tuliſſe,ſed tunc conferentiam non habuiſſe,quãdo interpretatio ip
ſa ab eis efficiebatur. Tunc enim diſiunctis in cellulis erant, qui &
nihilominus poſtea credendi ſunt contuliſſe,in commune quod ab
eis ſeparatim fuerat eloboratum, vt ſcilicet ex ſingulis eorum in-
terpretationibus vna fieret,quæ Ptolomeo traderetur.

¶ Capite quarto probatur tralationem ſeptuaginta inter pretum diuinam,diuinituſque factam fuiſſe.

Aeterum,ſiue dicatur illos ſeptuaginta interpre
tes ſimul conferendo traduxiſſe,ſiue ſeparatim
in cellis,quæſtio tamen longe maiorismomen
ti pendet ex prędictis,an humana eruditiõe ac
induſtria,dũtaxat prędíti,vel potius diuino pro
pheticoque ſpiritu etiã afflati,interpretati ſũt?
Si enim primum detur,non videtur eorum tra
latio tanquam diuina atque autentica prorſus ſuſcipienda. Sin alte
rum ediuerſo ſentiendum. Ieronymus aliquando primę parti aſſen
tire viſus eſt. Eteni in epiſtola ad Deſiderium putauit eos humana Ierony.
induſtria fuiſſe interpretatos,nec ſpiritu prophetico afflatos tradu-
xiſſe. Sic enim ait in epiſtola præfata, quæ ponitur pro prefatio-
ne Pentateuci. Aliud eſt enim eſſe vatem,aliud eſt eſſe interpretẽ.
Ibi ſpiritus ventura prędicit,hic eruditio,& verborum copia,ea quę
intelligit,tranſfert. Niſi forte putandus eſt Tulius œconomicũ Xe
nophontis,& Platonis Pythagoram,& Demoſtenis pro Ethſifonte
afflatus rethorico ſpiritu,trãſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per
ſeptuaginta interpretes,aliter per apoſtolos ſpiritus ſanctus teſtimo

nia texuit,vt quod illi tacuerunt,hi ſcriptum eſſe mentiti ſunt. Et paulopoſt ſubdit. Illi interpretati ſũt ante aduentũ Chriſti,& quod neſciebant,dubiis protulere ſententiis. Ex his enim Ieronymi verbis videtur ipſos ſeptuaginta interpretes,non vt vates,ſed vt interpretes,ac ſecundum humanam duntaxat eruditionem traduxiſſe. At nihilominus dicendum eſt,tralationẽ ipſorũ ſeptuaginta & miro quodam modo & diuino,propheticoque ſpiritu factam fuiſſe. & eccleſiæ quoque eſſe vtilem,probatam,atque autenticam.

Ierony.

¶Verum ne temere loqui videamur,probemus imprimis tralationem ipſam diuinitus factam fuiſſe,probemus inquam authoritate, probemus & ratione. Imprimis Ieronymus ipſe in epiſtola ad Dõmonem,& Rogatianum,quæ in prologis Paralipomenon habetur, fatetur ipſos ſeptuagĩta ſpiritu ſãcto plenos traduxiſſe. Etenim ibi prę̃mittens librum ipſum Paralipomenon,in græcis,& latinis codicibus,vicioſum eſſe,ita ſubiungit. Nec hoc ſeptuaginta interpretibus,qui ſpiritu ſancto pleni ea quæ vera fuerant, tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpę aſcribendum. Ex his enim verbis liquet ipſos ſeptuaginta ſpiritu ſancto afflatos,ſuam tralationẽ feciſſe. Quod autem Ieronymus ipſe aliquando ſenſit aliter,nihil debet mouere lectorem. Imprimis Ieronymus interdũ hallucinatus eſt, præſertim cum iunior eſſet,quemadmodum poſtea dicetur. Deinde cum aliquis doctor non tantum varia,ſed etiam inter ſe pugnantia,dicit,id magis acceptãdum eſt,quod & rationi,& cæteris doctoribus potius concordat. Denique ea quæ doctor aliquis poſterius ſcripſit, cęteris paribus præferenda ſunt iis quæ antea ſcripſerat. Cũ ętate enim crescere ſolet ſapientia, maioris ſunt ponderis,quæ ſenes ſcribimus,q̃ ea quæ iuuenes ipſi ſcripſeramus. ¶Sed alios afferamus authores,e quibus ſubinde proferatur diuus Auguſtinus. Is enim variis in locis ſuorum librorum,aſſerit ipſos ſeptuaginta interpretes diuinitus ſuã tralationem feciſſe. Etenim ſecundo libro,de doctrina chriſtiana, oſtendens eos miro modo traduxiſſe,hunc in modum ait. Nihil in alicuius eorum codice inuentum eſt,quod non iiſdem verbis, eodẽque verborum ordine,inueniretur in cęteris. Et paulopoſt. Quamobrem etiam ſi aliquid aliter in hebręis exẽplaribus inuenitur, quã iſti poſuerint,cedẽdum eſſe arbitror diuinæ diſpenſationi, quæ per eos facta eſt,vt libri,quos gens iudęa,cæteris populis,vel religione, vel inuidia prodere nolebat credituris per dominũ gentibus miniſtri regis Ptolomei poteſtate tanto ante proderetur. Itaque fieri poteſt,vt ſic illi interpretati ſint,quemadmodum congruum gẽtibus illis,ille qui eos regebat,& qui os vnum omnibus fecerat,ſpiritus ſãctus indicauit. Idem quoque,libro decimoquinto,de ciuitate dei, capite viceſimotertio, hunc ad modum inquit. Meritò enim creduntur ſeptuaginta interpretes accepiſſe propheticum ſpiritum, vt ſi quid eius authoritate mutarent,atque aliter quam erat,quod interpretabantur,dicerẽt,neque hoc diuinitus eſſe dictum dubitaretur. Et libro decimo octauo,capite quadrageſimo ſecundo,ait. Quemadmodum ſuperius citatũ eſt eos ita traduxiſſe,vt nulla eſſet in verbis,aut verborum ordine diſſonantia,ſed id fuiſſe vnum quod interpretati ſũt,ac ſi vnus fuiſſet interpres,quoniam reuera ſpiritus erat vnus in omnibus. Idem quoque ſequẽti capite,etiam hoc aſſerit,cũ inquit. Spiritus enĩ qui in prophetis erat,quando illa dixerunt,idẽ ipſe erat in ſeptuagintaviris,quando illa interpretati ſunt. Itidẽ in calce eiuſdem capituli,ac ſequentis,vocat Auguſtinus ipſos ſeptuaginta interpretes,prophetas,& authoritatem eorum dicit eſſe diuinam. Denique capite ſequenti,ſcilicet quadrageſimoquinto, hoc idem aſſerit,cum ita ſubiungit. Quo loco ſeptuaginta interpretes alium ſenſum magis corpori,quam capiti,hoc eſt magis eccleſiæ q̃ Chriſto conuenientem,prophetica authoritate dixerunt. En vides tantis teſtimoniis ſeptuagĩta interpretes,& prophetas fuiſſe,& miro modo,diuinoque ſpiritu afflatos ſuam feciſſe tralationem?

Auguſt.

¶Sed iam aliquid rationis addamus. Enimuero illa tralatio mire, diuinituſque facta, prorſus cenſenda eſt,qua ceu diuina vſi leguntur apoſtoli Chriſti. At qui apoſtolos ipſos tralatiõe huiuſcemodi vſos fuiſſe,& ex ea teſtimonia deſumpſiſſe,memoriæ proditum eſt. Siquidem Ieronymus,ſecundo contra Ruffinum libro, aſtruit vbicunque ſeptuaginta ab Hebręo non diſcordant,ibi apoſtolos eorum exempla ſumpſiſſe. Auguſtinus quoque ad ipſum Ieronymum ſcribens,& de tralatione ipſorum ſeptuaginta interpretum agens, etiã hoc teſtatur,cum inquit. Neque enim paruum pondus habet illa q̃ ſic meruit diffamari. Et quia vſos apoſtolos,non ſolum reſipſa indicat,ſed etiam te atteſtatum eſſe memini. Idem quoque octauo decimo,de ciuitate,capite quadrageſimo quarto, aſtruit quemadmodum ex ſubiectis apparebit. Adde quod illa tralatio nõ merito diuina,diuinituſque facta fuiſſe creditur,quam vt diuinam catholica recipit eccleſia,& ea quoq; vel ab ipſis,vt ita dixerim,cunabulis ſuo in officio,hoc eſt diuino cultu,vſa eſt. At ita eſt de tralatione ipſorum ſeptuaginta interpretum. Vt enim diuus Auguſtinus, octauo decimo,de ciuitate libro,capite quadrageſimo tertio,tradit, cũ fuerint alii interpretes,qui ex hebraica lingua in Græcũ ſacra eloquia tranſtulerint,hanc tamen quæ ſeptuaginta eſt,tanquam ſola eſſet, ſic recipit eccleſia,eaque vtuntur Græci populi chriſtiani,vt pleriq; eorum vtrum alia ſit,aliqua ignorent. Ex hac quoque ſeptuagin-

Ierony.

Auguſt.

BIBLIOTECA UNIVERSITAT

ta intepretatiõe,vt ibidem ait,in latinam linguam interpretatum eſt,quod eccleſię latinæ tenent. Quibus animaduerſis conficiendũ eſt ipſam ſeptuagínta interpretationem diuinam, diuinoque ſpíritu effectam fuiſſe. Conficiẽdum inquam huiuſmodi interpretationem eccleſiæ vtilem,probatam,autenticamque imprimis eſſe.

Quod tametſi conſtat ex iam dictis, qum nihil diuino ſpiritu effectũ, & eccleſiis traditum ſit,quin idem vtile,probatumque dici debeat,nihilofecius tamen idipſum adhuc corroborare certum eſt.

Imprimis authoritate ſacri Ieronymi,libro ſecundo cõtra Ruffinũ, in calce concludens hoc pacto. Ex quibus omnibus approbatur & ſeptuagínta interpretum editionem,quæ legẽtium vetuſtati firma ta eſt,vtilem eſſe eccleſiis,dum ante gentes audiunt Chriſtum ventúrum eſſe,quam veniat,& cæteros interpretes comprobãdos, quia non ſua,ſed diuina volumina tranſtulerunt. Cui aſtipulatus Auguſtínus,octauo decimo,de ciuitate dei,capite quadrageſimo quarto, Auguſt. hunc in modum ait. Vnde etiam ego pro meo modulo veſtigia ſequẽs apoſtolorũ, quia & ipſi ex vtriſq; id eſt ex Græcis,& ex ſeptuagínta teſtimonia prophetica poſuerunt,vtraq; authoritate vtendũ putaui,quoniam vtraque vna,ac diuina eſt. His aſſentiens Gregorius Gregorius,principio moralium,hoc pacto inquit. Nouam vero tralatiónem differo,ſed cum probationis cauſa me exigit,nunc nouã,nunc veterem per teſtimonia aſſumo,vt quia ſedes apoſtolica,cui authore deo preſideo,vtraque vtitur,mei quoque labor ſtudii,ex vtraque fulciatur. Ex his enim aperte liquet interpretationem ſeptuagínta, quę & vetus tralatio nonnunquam dicitur,& probatam,& autentícam,& eccleſiæ quoque vtilem eſſe.

¶ Capite quinto depromuntur obiectiones quædam contra tralationem ſeptuagínta interpretum,quę & diluuntur.

VErum quiſpiam forte reluctabitur, ac dicet ipſos ſeptuagínta interpretes,nec diuinitus tranſtuliſſe,nec eorum quoque tralationem autentícam probatamque eſſe. Siquidem multa de hebraica veritate prætermiſerunt,multa ediuerſo perperam,ac ſuperflue addiderunt, multa quoque aliter traduxerunt,quam in ipſo Hebręo habentur. Denique literarum ſimilitudine,ac nominum equiuocatióne in multis deluſi ſunt. Nõ igitur eorum interpretatio ſane poteſt vel diuina,vel autentica dici. Quod enim de hebraica veritate mul-

ta prętermiſerunt,teſtatur diuus Ieronymus,multis in locis. Siquídem in præfatione in Pentateucum Moyſi,dicit multa,quæ euangeliſtarum & apoſtolorum authoritas promulgauit, in tralatione ſeptuagínta non haberi,vt eſt illud. Ex Aegypto vocaui filium meũ. Et quoniam Nazareus vocabitur. Et videbunt in quem compunxerunt, Et flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. Et quę nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit,quę præparauit deus diligentibus ſe. Et multa,inquit,alia,quę proprium ſintagina, id eſt tractatum deſiderant. Et in prologo Ioſue dicit multa in nouo teſtamento aſſumpta teſtimonia,quæ in libris veteribus non habentur,in præfatione quoque Paralipomenon,hoc idem aſtruit. Itidem Ieronymus ipſe in prologo Eſdrę,hoc idem aſſerit, cum inquit. In euangeliis multa ponuntur quaſi de veteri teſtamento, quę apud ſeptuagínta interpretes non habentur, velut illud. Quoniam Nazareus vocabitur. Idem quoque in prologo explanationũ, ſuper Geneſim,ſic habet. Sed & euangeliſtæ & dominus quoque noſter, atque ſaluator,necnon & Paulus apoſtolus,multa quaſi de veteri teſtamento proferunt,quæ in noſtris codicibus non habentur. Denique in epiſtola ad Pammachium,de optimo genere interpretandi, hoc idem teſtatur de ipſis ſeptuagínta interpretibus,ita ſubiungẽs. Porro quãta dimiſerint vel aſterici teſtes ſunt vt diximus,vel noſtra interpretatio ſi a diligenti lectore veterũ tralationi conferatur. Patet igitur ipſos ſeptuagínta multa prętermiſiſſe. ¶ Verũ anteq̃ vltra pergamus huic obiectioni reſpondendũ eſt. Quod vt fiat cõmodius pręmittendũ videtur ipſos ſeptuagínta interpretes aliqñ íntegras propoſitiones,vt in obiectione oſtenſum eſt,prętermiſiſſe,aliquando vero verba quidem omittentes,ſenſum e ſenſu traduxiſſe. Quod cernens Origenes,auſus eſt ex Theodocionis tralatione ea q̃ deerãt ſupplere,& editioni ipſorum ſeptuagínta miſcere. Et deniq; vt pateret quando aliquid eſſet addítum,aſterícos,id eſt ſtellas adhibuit. De his ergo quę prętermiſſa ſunt,ſed nullum propterea detrimentum ſenſui factum eſt,non eſt anxie curandũ, cum Ieronymus ad Pãmachiũ ſcribẽs de optimo genere interpretãdi doceat in ſcripturis nõ verba ſẽper eſſe cõſiderãda,ſed ſenſũ & apoſtolos ac euangeliſtas in interpretatione veterũ ſcripturarũ ſenſũ potius quęſiſſe q̃ verba,& deniq; eos nõ curaſſe magnopere de ordine ac ſermonibus cũ itellectui res pateret. De aliis vero quę in hebręo habẽtur & ab eis p̃termiſſa ſunt,maxime quę ad Chriſti pertinẽt myſteria,de quibus inter arguendũ mẽtio facta eſt,maior difficultas videt Ieronymus huiſce rei cauſã duplicẽ tãgit,vnã quidẽ in ꝓlogo ſup Geneſim,vbi dicit hoc pacto. Cur illi Ptolomeo regi Alexãdrię myſtica

quęq; in ſcripturis ſãctis prodere noluerint,& maxime ea quę Chriſti aduentũ policebantur,ne viderentur Iudęi & alterũ deũ colere, quos ille Platonis ſectator magni idcirco faciebat,quia vnum deũ colere dicebantur. Ecce pro Ieronymi ſententia ſeptuaginta interpretes multa ſcripturæ myſteria prętermiſerũt in ſua tralatione,ne Ptolomeum regem ſcandalizarent. Alteramvero rationem tangit in prologo Eſayę hunc in modum dicens. Vnde coniicio noluiſſe tunc temporis ſeptuaginta interpretes fidei ſuę ſacramenta perſpicue ethnicis credere,ne ſanctum canibus,& margaritas porcis darent. Has autem duas rationes ſimul complexus eſt, in epiſtola ad Deſiderium,quę pro Geneſis prefatione ponitur,vbi ſic habet.

Iudęi prudenti dicunt factum eſſe conſilio,ne Ptolomeus vnius dei cultor, apud Hebręos etiam duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant,quia in Platonis dogma caderevi debatur. Deniq; vbi ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur,de patre, & filio,& ſpiritu ſancto,aut aliter interpretati ſunt,aut omnino tacuerunt,vt & regi ſatisfacerent,& archanum fidei non vulgarent.

Auguſtinus ¶ Auguſtinus vero,octauodecimo,de ciuitate libro,capite quadrageſimotertio, breuiter,ac luculenter huic negocio ſatisfacit cum inquit. Quicquid eſt in hebręis codicibus,& non eſt apud interpretes ſeptuaginta,noluit hoc per iſtos, ſed per illos prophetas dei ſpiritus dicere. Ecce quemadmodum Auguſtinus authoritati, ac inſpirationi diuinæ aſcribit,quod ipſi ſeptuaginta prætermiſerunt. Qua propter ex his quæ prætermiſſa ſunt,non poteſt confici,quin tralatio eorum ſit diuina. ¶ Sed iam alteram proſequamur obiectionẽ de additione,quam ipſi ſeptuaginta fecerunt. Siquidem multa de ſuo addiderunt quæ in hebraico minime habentur, quemadmodũ multis in locis diuus Ieronymus,aſſerit dicens eos aliquando male,aliquando ſuperflue addidiſſe. Quod ſi ita eſt,quomodo quæſo diuinitus ſuam feciſſe interpretationem cenſendi ſunt? Non enim dirigente ſpiritu ſancto quicquam,vel inaniter, vel perperam efficitur. At quoniam longum nimis eſſet ſingulos locos afferre,vel paucos inſigniores afferamus, e quibus comprobetur quod dictum eſt. Etenim Ieronymus ipſe, in epiſtola de optimo genere interpretandi, afferens illud pſalmi viceſimiprimi,quod a Chriſto in cruce pendente dictum eſt. Hely,hely lamazabathani,quod ſecundum eum interpretatur,Deus meus,deus meus,quare me dereliquiſti,aſſerit ſeptuaginta interpretes interpoſuiſſe,reſpice in me. Ita enim verterũt,vt ait. Deus deus, deus meus,reſpice in me,quare me dereliquiſti. Et ibidem ſubdit, longum eſt nunc euoluere quanta de ſuo ſeptuaginta addiderunt, quanta dimiſerunt, quæ in

exemplaribus eccleſiæ obelis aſtericiſque diſtincta ſunt. Idem quoque in libro hebraicarum quæſtionum ſuper Geneſim, vbi dicitur, capite decimotertio,homines autem Sodomitæ peſſimi erãt & peccatores coram domino nimis,ſic ait. Superflue hic in ſeptuaginta interpretibus additum eſt,in conſpectu dei. Identidem, capite viceſimoquinto,de Abrahã, vbi dicitur,& deficiens mortuus eſt in ſenectute bona,ſic infit. Male in ſeptuaginta interpretibus additum eſt & deficiens Abraham,mortuus eſt,quia non conuenit Abrahæ deficere & imminui. ¶ Huic obiectioni reſpondentes. Imprimis dicimus Ieronymũ ipſum,de interpretatione ſeptuaginta. diuerſis quidem temporibus varium habuiſſe iudiciũ. Etenim cum adhuc bonæ eſſet ætatis,& rem nõ ita penſiculate examinaſſet,putauit quãtum ex ſuis ſcriptis intelligi datur,ipſos interpretes vt homines, ac ſecundum humanam eruditionem tranſtuliſſe, & multa ſuo ſenſu addidiſſe. Interdum quædam ſuperflue,interdum etiã male, ac ineptę. Hoc enim ex commentariis eius diligenter lectitatis faciliter deprehendi poteſt. Verum cum poſtmodũ in ſenectute diligentius rem ipſam volutaſſet,aliter ſenſit. Siquidẽ in quodã prologo Paralipomenon dicit eos ſpiritu ſancto plenos,ea quę vera fuerunt trãſtuliſſe quẽadmodũ ſuperius iã citatũ eſt. Et poſtea quod negocio meo conducit,hunc in modũ ſubiungit. Vbicunq; ergo aſtericos, id eſt ſtellas,radiare in hoc volumine videritis,ibi ſciatis de Hebręo additum,quod in latinis codicibus non habetur. Vbi vero obelus tranſuerſa ſcilicet virga prępoſita eſt,illic ſignatur quid ſeptuaginta interpretes addideruntvel ob decoris gratiam,velob ſpiritus ſãcti authoritatẽ,licet in hebræis voluminibus non legatur. hæc ille. Igit poſtremã ipſius Ieronymi ſententiã,vtpote veram comprobantes, dicamus cũ Auguſtino ſeptuaginta interpretes ſpiritus ſancti authoritate,ac ſpiramine addidiſſe,quę addiderũt. Sic enim loco paulo ante allegato inquit. Quicquid vero eſt apud ſeptuaginta,in hebræis aũt cocibus nõ eſt,per iſtos maluit q̃ per illos idẽ ſpiritus dicere, ſic oſtendens vtroſq; fuiſſe prophetas. Iſto eñ modo,alia per Eſayam, alia per Ieremiã,alia per aliũ,atq; aliũ prophetã,vel aliter eadẽ per hunc ac per illũ dixit,vt voluit. Quicquid porro apud vtroſq; inuenitur,per vtroſq; dicere voluit vnus,atque idẽ ſpiritus, ſed ita vt illi pręcederent prophetando,iſti ſequerẽtur prophetice illos interpretando. Hęc Auguſtinus. ¶ Sed adhuc argumentemur, & probemus ipſos ſeptuaginta multa mutaſſe,multaq; ſecus dixiſſe, q̃ in Hebręo haberetur,ac propterea videri eos diuinitus non traduxiſſe. Etem̃ ex Ieronymo confici poteſt eos multa aliter dixiſſe quã in Hebræo haberetur. Siquidem hoc ipſum aſſerit multis in locis, e quibus vel

pauca depromantur insigniora. Enimuero illud quod in Oseę scribi tur. Ex Aegypto vocaui filium meum, hoc modo transtulerũt. Ex Aegypto vocaui filios eius. Itidem illud, Esayę. Ecce virgo concipi et, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel, sic interpretati sunt. Ecce virgo, in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel. Similiter quod in eodẽ iuxta hebraicum legi tur. A seculo non audierunt, nec auribus perceperunt, oculus non vidit, deus absque te, quæ prępraraſti, expectantibus te, hoc pacto traduxerunt. A seculo non audiuimus, nec oculi nostri viderunt, deus absq; te, & opera tua vera, & facies expectantibus te misericordiã. Denique qui Ieronymi explanationes legerint, & tralationem cõtulerit ipsorum septuaginta, cum ea quę ex Hebręo est, profecto videbũt locis pene innumeris ipsos septuaginta aliter posuisse quam in hebraico haberetur. Verũ ad hæc, & alia id genus facile dici potest ipsos septuaginta non sensum, sed verba mutasse, ac propterea ab interpretis officio minime recessisse. Siquidem bono interpreti satis esse debet sensum exprimere, de sensu, nec opus illi est verbum verbo reddere, seu verba transferre, quemadmodum monet Oratius in arte poetica, dicens. Nec verbum verbo curabis, reddere fidus interpres. Satis igitur est sensus, seu sententias transferre. Quod & obseruauit Tulius, in tralatione eorum librorum, quos de græco vertit in latinum. Hoc etiam Ieronymus Tulium ipsum sectatus, libera voce profitetur, in interpretatione Græcorum obseruasse. Et in epistola quoque ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, pulchre probat, hoc interpreti satis esse, vbi & ipsos septuaginta interpretes, ait non verba sed sententias transtulisse. Et si quandoque aliter quo ad sensum transtulerint, non tamen quicquam dixerunt, quod pugnaret cũ hebraica veritate. Aliud enim est sensum diuersum transferre, aliud sensum repugnantem interpretari. Quę enim varia sunt, simul cõsentire possunt, quæ autem pugnatia, minime. Denique mutationem illam quam fecerunt ipsi septuaginta interpretando, diuus Augustinus, octauodecimo, putat instinctu spiritus sancti effectam fuisse. Sic enim capite quadragesimotertio, ait.
Spiritus enim qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat in septuaginta viris, quãdo illi interpretati sunt. Qui profecto authoritate diuina, & aliud dicere potuit, tanq̃ propheta ille vtrũq; dixisset, quia vtrunq; idem spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, vt si non eadẽ verba idẽ tamẽ sensus bene intelligẽtibus diluceſceret, & aliquid p̃termittere, & aliquid addere etiã, vt hinc ostendat nõ humanã fuisse in illo opere seruitutem, quã verbis dicebat interpres, sed diuinam potius potestatem, quę mentem replebat, & regebat in

terpretis. ¶ Sed obiiciet quispiam, non esse credibile, spiritum sanctum tam varie per homines fuisse locutum. Hoc enim vsq; adeo absurdum putat Ieronymus in epistola ad Desiderium, vt etiam rideat eum, qui ita sentit. Sic enim ait. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes, aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia texuit, vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sunt. Respondetur Ieronymum ibidem prudenter capiendum esse, ne sibi ipsi dissidens inueniatur. Enimuero fatẽdum est spiritum sanctum in quibusdam per apostolos & euangelistas secus dixisse quam per septuaginta interpretes. Etenim in nouo testamẽto assumpta sunt testimonia plurima, quę tamen per ipsos septuaginta prętermissa fuerunt, quę ipsi apostoli & euangelistę nõ quidem mentiendo, sed vere dicendo, ex ipso hebraico desumpserunt. Quapropter conficitur sacris in literis varietatem, siue in verbis, siue in sententiis, admitti quidẽ posse, errorem vero ac contrarietatem minime. Quod igitur Ieronymus, in prologo Iosue, ait non posse verum esse, quod dissonat, accipiendum est de dissonantia repugnantiæ, seu contradictionis. ¶ Cæterum, aliam subnectamus obiectionem, & probemus ipsos septuaginta non solum interdum prętermisisse quædam, aliquã do vero de suo addidisse, & frequẽtissime quoque mutasse, atque aliter traduxisse quam in Hebræo habebatur, sed etiam interpretando multis in locis errasse. Imprimis Iudæi licet Ieronymum fateantur veracem interpretem esse, septuaginta tamẽ interpretes in multis errasse cõtendũt, quẽadmodũ ait Augustinus, octauodecimo, de ciuitate dei. Deinde Ieronymus ipse dicit multis in locis ipsos septuaginta seductos fuisse, & quoniam lõgum fastidiosumque foret singulos deponere locos, satis sit tres vel quatuor in medium proferre. Et primum quidem in libro hebraicarum quęstionum, super Genesim, hoc modo dicit. Quod autẽ in septuaginta interpretibus fecit errorem illud est quia peccatum, id est hatath, in Hebręo generis masculini est, in Greco fœminini, & quę interpretati sũt masculino illud vt erat in hebręo genere transtulerunt. Idem quoque post modum sic ait. Hoc autem quod in septuaginta legimus, filii autem Ioseph, qui nati sunt ei in Aegypto animę nouẽ, sciatis in Hebræo pro nouem esse duas. Et Oseę, capite secundo, sic habet, pro saltu quoq; qui hebraice dicitur Iair, septuaginta transtulerunt testimonium, res de deleth, literarum falsi similitudine. Et capite nono, hunc in modũ ait. Quod in septuagĩta dicitur sepeliet, eos machmas in Hebręo nõ habet, sed mamach, quod appellat desiderabile, ex quo perspicuũ est falsos eos esse similitudĩe literarũ deleth, & caph, & p mamach quod oẽs desiderabile trãstulerũt, putasse machmas Aegypti

ciuitatem. Et paulopoſt. Et in hoc loco error eſt ſolitus, vbi enī nos interpretati ſumus ſcitote Iſrael, hoc eſt Iſraelitę, & in Hebræo legitur Iadau, ſeptuaginta tranſtulerunt, & affligetur, Ioth literam vau putantes, & pro deleth, legentes res, & ſubdit quem nos ſanctū prophetam diximus, ſeptuaginta pſeudo prophetam interpretati ſunt. Item duodecimo capite, hunc in modum ait. Pro eo quod nos tranſtulimus bobus, qui hebraice appellantur Surim, ſeptuaginta interpretati ſunt principes, qui vocantur Sarim, verbi ſimilitudine, atq; ambiguitate decepti. Cæterū, vt alia quamplurima prætereamus, in principio Iohel, ſic inquit. Septuaginta interpretes pro Phatuel, verterunt Bathuehel, quod apud Hebræos omnino nihil reſonat.

Auguſtinus

¶ Denique ex aliis quibuſdā, quę refert Auguſtinus de ciuitate dei, conſici poteſt ipſos ſeptuaginta fuiſſe hallucinatos. Siquidem Auguſtinus ipſe, quito de ciuitate libro, ait. Inter Hebręos & noſtros codices in numero annorū tantā eſſe diſſonantiā, vt in veteri tralatione dicatur Adam vixiſſe ducentos triginta annos, antequam Seth gigneret, cum tamen in Hebræo habeantur duntaxat centum & triginta anni. Deinde poſtquam genuit Seth, legitur in noſtris codicibus eum vixiſſe ſeptingentos annos, in Hebræis vero octingentos. Sed & tanta eſt diſſonantia in annis Lameth, vt ſi tralationi veteri credatur fatendū erit, cōſequenter Lameth vixiſſe. xiiii. annos poſt diluuium. Quomodo igitur octo animæ duntaxat fuerint in archa Noe, porro ſecundum eundem Auguſtinum octauodecimo libro, in tralatione ſeptuaginta legitur, adhuc tres dies & Niniue ſubuertetur. & tamen in hebræo habetur, adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur. Sed quid agimus de diſſonantia in verbis, & ſententiis cum etiam ipſi ſeptuaginta, tantum a veritate hebraica diſcrepauerint, præſertim quibuſdam in libris, vt eorum interpretatio reiecta ſit. Etenim Ieronymus, in prologo Danielis, dicit tralationē illius prophetę per ipſos ſeptuaginta factam, multum a veritate diſcordare, & recto iudicio fuiſſe repudiatam. Siquidem prophetam ipſum vt ait, non legunt eccleſiæ iuxta ſeptuaginta interpretes, ſed vtuntur Theodocionis editione. Quapropter his atque aliis hoc genus animaduerſis videtur tralatio ſeptuaginta, nec diuina, nec autentica eſſe. ¶ At nihilominus aliter ſentiendum, ac propterea præfatis obiectionibus reſpōdendum eſt. Imprimis de oppinione Iudęorum parum vel nihil curandū videtur. Ipſi etenim vt carnales pene omnia carnaliter capientes non intellexere diſpenſationem diuinam quę per interpretationem ipſorum ſeptuaginta facta eſt. Nō intellexerunt inquam interpretationem eorum ſpiritus ſancti authoritate factam fuiſſe. Et quia non intellexerunt, idcirco putauerūt eos

vt homines in multis erraſſe. videbant enim eos multa prętermiſiſſe, multaque addidiſſe, ac denique multa mutaſſe, ſeu aliter dixiſſe, quā in Hebræo haberetur. Eāobrē putauerunt eos fuiſſe hallucinatos, ſcilicet imperitię vel negligentię tribuentes, quod diuinę diſpoſitioni aſcribendum fuerat. Itaque neglecta Iudęorum ſentētia trāſeamus ad ea quę ex Ieronymo deprompta ſunt, dicamuſque imprimis diſſonantiā illā, quę inter ſeptuaginta interpretes, & Hebraicū frequēter reperitur, ex quatuor aut certe aliquo illorū profiſciſci potuiſſe, ſcilicet ex parte ipſorum ſeptuaginta, vel Iudęorum, vel ſcriptorum, vel ſpiritus diuini ita diſponentis. Et quidem quantum ad ipſos ſeptuaginta interpretes ſpectat, nullus ſatis cordatus dixerit eos, vel imperitia, vel negligētia, vel iuidia hoc feciſſe. Etem̄ diuus Auguſtinus tradit eos fuiſſe doctiſſimos, & recte ſane. Nō enim credibile eſt pontificem Eleazarum miſiſſe Ptolomeo regi, a quo multa dona acceperat, viros, vel imperitos, vel negligentes. Quomodo igitur credibile eſt tot, tantoſque viros per imperitiam ſeductos fuiſſe. Sed nec veriſimile quoque eſt eos veritatem ipſam, quæ diuinis in libris erat, gētibus alienigenis, vt Auguſtinus loquitur, inuidiſſe, & cōmunicato conſilio, de induſtria hoc feciſſe. Fuiſſent enim oppido quam ingrati. Siquidem ipſe Ptolomeus eos a captiuitate libe ros clementer ad proprios lares remiſerat, & multis quoque honoribus eos fuerat proſecutus. Quomodo igitur auſi fuiſſent malicioſe, ac de induſtria aliter tranſferre, quam in hebręis codicibus habebatur. Nonne ſuſpicari poterant regem ipſum, vbi hoc reſciret, poterat enim hoc facile noſſe illuſionem, atque ingratitudinem in ſe admiſſam mox vindicaturum. Non eſt igitur veriſimile ipſos ſeptuaginta, aliqua mala affectione aliter traduxiſſe. Nec veriſimile quoq; eſt Iudęos longe lateque per orbem diffuſos potuiſſe invnū ita conuenire, atque vno conſilio conſpirare in corruptionem diuinarum literarum. Quis enim prudens dixerit tantę eos fuiſſe malitiæ, atque peruerſitatis, vt ſibi auferre voluerint diuinarum literarum veritatem, inuidendo aliis authoritatem. Sed & ſi hoc voluiſſent, tamen credibile non eſt eos facere hoc potuiſſe, hoc eſt in codicibus tam multis, & longe lateque diſperſis, veritatem diuinę legis peruertere. Reliquum igitur eſt vt diſſonantia illa profecta ſit aliquo duorum poſteriorum modorum, ſcilicet aut imperitia, negligētia, errore, ſeu vicio ſcriptorum, vel certe authoritate, ac inſpiratione ſpiritus ſancti. Sed vtroque horum modorum, hoc ſit effectum, ſatis difficile eſt diſcernere. ¶ Dicamus nihilominus diſſonātiam ab imperitia, vel negligentia, ſeu culpa librariorum multis in locis ne dicam in omnibus, inter hebraicum & ſeptuaginta ortū habuiſ-

Auguſt.

Ptolomeus.

ſe, vtpote qui aliter tranſcripſerunt, quam in originali editione ipſo rum ſeptuaginta haberetur. Enimuero tralationem ipſorum ſeptua ginta, in multis viciatam fuiſſe fatetur Ieronymus, qui in prologo Paralipomenon, ita dicit. Sed ſi ſeptuaginta interpretum pura & vt ab eis in Græcum verſa eſt editio permaneret, ſuperflue mi Chrona li epiſcoporum ſanctiſſime atque doctiſſime, impelleres, vt hebręa tibi volumina latino ſermone tranſferrem. & ſequitur. Nunc vero cum pro varietate regionum diuerſa ferātur exemplaria, & germa na illa antiquaque tralatio corrupta ſit atq; violata, noſtri arbitrii putas. &c. Et alio ſequenti prologo ſic habet. Ita enim in græcis & latinis codicibus hic nominum liber vicioſus eſt, vt non tā hebræa quam barbara quædam & ſarmatica nomina coniecta arbitrandū ſit. Nec hoc ſeptuaginta interpretibus, qui ſpiritu ſancto pleni ea q̄ vera fuerunt, tranſtulerunt, ſed ſcriptorum culpæ aſcribēdum dum de inemendatis inemendata ſcriptitant, & ſępe tria nomina ſubtra ctis e medio ſyllabis in vnum vocabulum cogunt, vel e regiōe vnū nomen propter latitudinē ſuam in duo vel tria vocabula diuidunt. Idem quoque in prologo Eſdrę, dicit exemplaria interpretum lace rata & euerſa fuiſſe, quod demonſtrat varietas ipſa. Et in prologo Iob, dicit ſe laboraſſe, vt ea quæ ſcriptorum vicio deprauata fuerant corrigeret. Similiter ſuis in commentariis, ſuper Eſayam, capite no no, de ipſis ſeptuaginta interpretibus, loquēs ſic ait. Vnde datur mi hi ſuſpitio non eos erraſſe a principio, ſed paulatim ſcriptorum vi cio deprauatos. Neq; enim fieri poteſt, vt qui in loca eadem verba bene interpretati ſunt, in ſuperioribus errauerint.

¶ Aſtipulatus ſacro Ieronymo diuus Auguſtinus quintodecimo de ciuitate, capite decimotertio, putat quoque diſſonantiam inter He braicum & ſeptuaginta interpretes, errore, negligētia, ſeu vicio ſcri ptorum contigiſſe. Sic enim ait. Credibilius ergo quis dixerit cum primum de bibliotheca Ptolomei deſcribi iſta cœperunt, tunc ali quid tale fieri potuiſſe in vno codice, ſcilicet primitus Iudę deſcri pto. Vnde iam latius emanaret, vbi potuit quidē accidere etiā ſcri ptoris error. Sed hoc in illa quæſtione de vita Mathuſalē nō abſur dum eſt ſuſpicari, & in illo alio, vbi ſuperantibus vigintiquatuor an nis ſumma nō conuenit. In his autem quibus cōtinuatur ipſius mē doſitatis ſimilitudo videtur error nō caſum redolere, ſed induſtriā. Itaque illa diuerſitas numerorum aliter ſe habentium in codicibus græcis & latinis, aliter in hebræis, vbi non eſt iſta de centum annis prius additis, & poſtea detractis per tot generationes cōtinuata pa rilitas, nec malitiæ Iudæorum, nec diligentiæ, vel prudentię ſeptua ginta interpretum, ſed ſcriptoris tribuatur errori, qui de bibliothe-

ca ſupradicti regis codicem diſtribuendum primus accepit. Hæc Auguſtinus. Quibus animaduerſis conficiendum eſt, diſſonantiam huiuſmodi quandoque eſſe tribuendam ſcriptori, vtpote qui aliquā do per imperitiam, negligentiam, vel errorem aliter ſcripſerit quā haberetur in prothotipo. Interdum vero de induſtria hoc facere prę ſumpſit, volens per hoc inſinuare aliquid quod intēdebat, quemad modum prefatus Auguſtinus, loco pauloante memorato oſtendit, dicens eum qui tranſſcripſit in generationibus ante diluuiū, aliquā do centum annos certa cauſa addidiſſe, aliquando vero detraxiſſe. vide Auguſtinum, ſi res tibi cordi fuerit. Denique diſſonantiam in ter codices hebraicos, & interpretes ſeptuaginta fuiſſe interdum fa ctam authoritate, ac diſpenſatione ſpiritus ſancti, ex his quæ ſupe rius dicta ſunt manifeſtum euadit. Etenim probatum eſt prophetī co ſpiritu eos aliquando prætermiſiſſe quædā, nonnulla vero addi diſſe, & denique ſecus interdum poſuiſſe, quā in Hebręo haberetur.

¶ Sed quæris quonam pacto queat huiuſmodi diſſonantia depre hendi? Sane poteſt ex mutua collatione tralationum cum ipſo He braico. Nam vt ipſe Auguſtinus, octauodecimo libro ait, quæ autē aliter dicta ſunt, ſiue alium ſenſum faciant, etiam ipſum non abhor rentem, ſiue alio modo eundem ſenſum explicare monſtrentur, ni ſi vtriſque codicibus inſpectis nequeūt reperiri. Eſt igitur opus col latione librorum adinuicem. ¶ Sed quid ſi hebraicam linguam quis neſciat? Reſpondetur ſatis eſſe conferre tralationem ſeptua ginta latinam cū tralatione diui Ieronymi, quam de Hebręo in lin guam latinam fideliter ędidit. Hoc inquam & ſatis eſſe videtur, & factu quoque facile eſt. Siquidem in operibus Ieronymi plerunque ponuntur duæ tralationes, vna quidem, quam fecit de Hebræo in la tinum, altera vero, quę eſt ipſorum ſeptuaginta interpretū, de Græ co in Latinum verſa, quas poſſit qui voluerit nullo negotio adinui cem conferre. ¶ Sed grauis quæſtio mentem pulſat, cum inter he braicū, & ipſos ſeptuaginta interpretes diſſonātia reperitur, quomō cognoſci poteſt, quando vel errore ſcriptoris, vel authoritate, ſeu diſ penſatione ſpiritus ſancti illud ſit effectum, hoc opus, hic labor eſt. in quo & diligentia, & ſpiritus ſancti vnctione, opus eſſe non dubi tatur. Generatim tamen dici poteſt, cum varietas, ſiue contro uerſia apparet in hyſtoriis rerum geſtarum, inter hebræos codices, & interpretes, ſi quid reperitur ita diuerſum, vt verum vtrunque eſ ſe nō poſſit, illud ſcriptorum errori aſcribendum eſt. Et eo caſu he braicæ linguæ, ex qua in aliam per interpretes facta eſt tralatio, ma gis credēdum, quemadmodum tradit Auguſtinus, decimotertio, & decimoquarto capitibus, quintidecimi libri, de ciuitate dei. Quum

vero id quod diuersum prima frōte apparet,non omnino repugnās, sed veritati consentiens videtur,tunc nec scriptoris vicio,nec errori septuaginta ascribendum,sed cogitandum sensum aliquem mysticū,seu secreti aliquid ibi latere,quod per ipsos interpretes voluit dicere spiritus sanctus. Hoc autem ne gratis dictū videatur, potest authoritate ipsius Augustini,loco modo citato fulciri. Sic enim habet. Non vacat quod septuaginta interpretes in plurimis qui diuersa dicere videntur,ex hebraeis codicibus emendare ausus est nemo. Non enim est illa diuersitas putata mendositas,nec ego vllo modo putandum existimo. Sed vbi non est scriptoris error, aliquid eos diuino spiritu,vbi sensus esset consentaneus veritati,& prædicans veritatem,non interpretantium more,sed prophetantiū libertate aliter dicere voluisse credendum est. Vnde merito non solum Hebręis verum etiam ipsis,cum adhibet testimonia de scripturis,vti apostolica inuenitur authoritas. Hactenus ex Augustino,hoc ipsum quoque quod diximus,ex eodem Augustino, octauodecimo libro, capite quadragesimoquarto,rursum comprobari potest. Sic enim ait.
Sed ait aliquis,quomodo sciam,quod Ionas propheta dixerit Niniuitis, vtrum triduum, & Niniue euerteretur,an quadraginta dies? Et respondet hoc pacto,potius quod legitur in hebræo quadraginta dies,& Niniue subuertetur. Septuginta quippe longe posterius interpretati,aliud dicere potuerunt. quod tamē ad rem pertinet, & in vnum eundēque sensum quanuis sub altera significatione concurrent,admonentque lectorem vtraque authoritate non spreta ab hystoria sese attolere ad ea requirenda propter quę significanda hystoria ipsa conscripta est,& cætera quæ sequuntur. In quibus & ipse Augustinus concludit vtrūque a spiritu sancto dici potuisse, & propter ea nihil averitate abhorrens eos dixisse. ¶ Sed mirabitur quispiam ac percuntabitur,quo pacto Augustinus illam dissonantiam quę est in præfato numero dierum de subuersione Niniue,nec vicio scriptori, nec errori septuaginta tribuerit, & tamē illam diuersitatem annorum,quæ est in generationibus ante diluuium scriptorum errori ascripserit? cur non hic sicut ibi sensus aliquis profundior scrutādus est. Responderur,in his annis sic variatis,nihil aliud considerari sane posse quam rerum gestarum hystoriā. Itaque cum error ille qui in ipsa varietate citra causam facta deprehenditur,tam manifestus sit ac patulus,vt non excitet lectorem,ad aliquid altius perquirēdū nec cogat ibi profunditatē mystici sensus perscrutari,merito est scriptorum vicio ascribendus. At vero in prefato numero dierum secus est, nam hystoria illa Ionæ sic est hystoria,vt etiam sit prophetia rerum tunc futurarum significatiua. Eamobrem non iniuria tali di-

uersitate lector excitari debet,vt hystoriæ non inhęreat duntaxat, sed assurgat advestigandam prophetiæ sublimitatem. Nam vt Augustinus ait,lectorem nihil aliud q̄ hystorię rerū gestarum inhęrere cupientem,de somno excitauerunt septuaginta interpretes,iidēque prophetæ ad perscrutandam altitudinem prophetiæ, & quodā modo dixerunt in quadragīta diebus,ipsum scilicet Christum quære,in quo & triduū poteris inuenire illlud in ascensione, hoc in eius resurrectione reperies. Quibus animaduersis conficiendum est septuaginta interpretes cum hebraica veritate concordes inueniri, si sane intelligentur,vt par est. Esto prima fronte videantur frequenter dissonare. Conficiendum inquam eos siue eundem sensum aliis verbis consequantur,siue alium sensum exprimant amplexandos esse. Et denique si quicquam comperiatur in tralatione eorū, quod a veritate ita abhorreat,vt verum esse minime possit,non eorum errori,sed scriptorum vicio esse ascribendum. Sed quæris cum alius sensus reperitur in septuaginta,quam in hebraica veritate, quo pacto sciri potest an sit amplexandum,quod dicunt,vel respuendum? Respondetur vt iam responsum est,opus esse labore,opus esse & spiritus sancti vnctione. Libros igitur euolue doctorum,pręsertim Ieronymi,in suis explanationibus,seu cōmētariis,& multa inde haurire poteris,quę tuę hęsitationi faciant satis. ¶ Sed ais Ieronymum ibidem frequenter dicere ipsos septuaginta interpretes fuisse delusos,atque hallucinatos,quemadmodum superius tactum est in obiectionibus,quo pacto igitur deprehendi potest,quid potius tenendū sit,maxime quando varius sensus reperitur,vt frequenter assolet? Respondetur omnia quę ab ipsis septuaginta interpretibus tralata sunt vera esse,nec quicquam prorsus respuendum. Quid igitur ais Ieronymo respondendū est? Imprimis dicendum Ieronymū intellexisse ipsos septuaginta secundum quid errasse, hoc est si ad corticem literę hebraicę,vel etiā ad sensum quē scriptura ipsa prima frōte facit,respectus habeatur,sed non absolute. Quādoquidē nihil dixere,quod a veritate abhorreat. Et si quando alium sensum prętendere videatur,quā ipsū hebraicū sonet, nihilominus sensus ille cū alio acceptādus est. Dici & aliter potest Ieronymum ipsum sub nomine septuaginta non intellexisse ipsos interpretes, sed scriptores qui interdum literarum,verborumque similitudine, interdum vero equiuocatione delusi aliter transcripserunt,quam in prothotipo haberetur,sicque tralationem eorum deprauarunt. Nisi enim Ieronymum hoc vel illo modo intellexeris,facies eum non tantum veritati,sed sibiipsi quoque dissentientem. Cum enim fateatur ipsos septuaginta spiritu sancto afflatos traduxisse,fateatur & eos a prin-

cipio non errasse,opus est ipsius Ieronymi verba quæ sonant interpretes errasse,non ad eos,sed ad scriptores, seu librarios,& ad tralationem per eos viciatam referre. Quod si feceris varios ipsius Ieronymi locos,qui pugnare inter se videntur,facile concordabis.
Alioqui Ieronymi dicta inter se pugnantia,ymo & inepta reddes. Quis enī ęquo animo ferre queat cū audit ipsos septuaginta viros, qui & doctissimi & diuinitus electi putātur, tam puerīliter errasse, & literarum similitudine fuisse delusos,aliamque pro alia cœpisse? Nonne si quis minoris ponderis author hoc diceret, protinus rideretur? nonne desipere,ymo & insanire mox diceretur? Ergo sane cauendus est Ieronymus,ne aliquid tam absurdum dixisse videatur. At forsan mirāris quonam pacto tam multis in locis scriptores ipsi errare potuerint. Sed mirari desiste,quandoquidem & scriptores & impressores solēt interdum per imperitiam vel incuriā infinitis mendis libros implere,quod & superioribus diebus in nostro de vita cartusiana dyalogo contigit,quippe qui ita deprauatus est ab impressoribus,vt plusquam quingentę in eo mendę cōperiantur,quod sine graui molestia ferre non potui,quandoquidem exemplar miseram,& optime scriptum,& omni diligētia castigatum. Noli igitur mirari si hoc in illis septuaginta iāpridem acciderit, præsertim cū successu temporum multi fuerint trāscriptores. Sed quęri potest cū Augustino quadam epistola ad Ieronymum, quando tralatio ipsorum septuaginta viciata sit,an scilicet a Iudæis,qui ante aduentum domini fuerunt,an ab eis qui fuere postea? Cui enī illi priores facere voluerūt,nulla causa subesse videtur. Et de posterioribus hesitatur,non immerito quid causæ potuit eos impellere? Respondetur paucissima ante dominicum aduentum fuisse per scriptores corrupta. Quod enim tunc facta fuerit corruptio in numero annorum ante diluuium,ex ipso Augustino superius probatum est. Igitur qui ante aduentum Christi fuerunt,non corruperūt maliciose,sed ex errore,imperitia,aut negligētia,& quidem rarissime. Postea vero putatur non solum fuisse corrupta tralatio septuaginta interpretum errore,negligentia,seu imperitia scriptorum,sed etiam malitia Iudęorum,& hereticorum,qui propterea de codicibus grecis quātum potuerunt aliqua subtraxerunt vel corruperunt,ne illis testimoniis de christiana veritate vincerentur. Animaduertentes enim christianos,prędertim latinos,non habere hebraicam veritatem, & non ita libenter recipere tralationes, Aquilę, Symachi,& Theodocionis, vtpote iudaizātium, & discordantium conati sunt interpretationē septuaginta pro viribus corrumpere,quam pene solā habebant plerique latini, eamque autenticam putabant. Itaque eam corrupe-

runt Iudei,maxime in illis locis,in quibus expressius agitur de mysteriis Christi & ecclesię. Quid vero hebraicum, quod latini necdū habebant,integrum seruauerunt. Quod autem primi scriptoris vicio sit viciata ipsorum septuagita interpretum tralatio etiam patet ex Ieronymo,qui in libro ad Algasiam,de quæstionibus noui testamenti tractans illud Matthæi. Arundinem cassatam non cōfringet hoc satis testatur,cum ait. Quod autem de assumpto testimonio in euangelio minus est splendebit,& nō cassabitur donec ponat in terra iudiciū,videtur mihi accidisse primi scriptoris errore,qui legens superiorem sententiam,in verbo iudicii esse finitam, putauit inferioris sententię vltimum verbum esse iudicium,& pauca verba quę in medio,hoc est inter iudicium & iudicium fuerunt,prætermisit. Hæc Ieronymus. Iam vero agendum foret an interpretatio ipsorū septuaginta sit cæteris omnibus anteferenda? Sed hoc ipsum paulo post discutietur cum agetur de sacri Ieronymi editione. Igitur transeamus ad ipsius Ieronymi traductionem.

Capite sexto incipit agi de tralatione Ieronymi, & probatur imprimis generatim, deinde speciatim vetus testamentum ex hebræo versum a Ieronymo fuisse in latinum.

De traductione diui Ieronymi verba facere gestientes,a veteri testamento auspicandum censemus. Agamus igitur imprimis an Ieronymus ipse vetus testamentum traduxerit. Dicemus enim postmodum an tralatio quam fecit, sit ea quæ in communi Biblia passim habetur. Et primum quidē cū Ieronymus ipse vetus instrumentum bifariam transtulerit. Siquidem ex græco vertit in latinum interpretationem septuaginta, quemadmodum supra diximus. Deinde ex ipso fonte hebraico alterā tralationem fecit latinam,hic dumtaxat agere nobis certum est de hac secunda traductione. De altera enim iam satis in superioribus tractatum videtur, quantum certe flagitat negotium. Ostendamus igitur & generatim & speciatim Ieronymū ipsum sacram scripturam de hebræo immediate vertisse in latinum. Enimuero Ieronymus ipse in libro de viris illustribus testatur hoc se fecisse,cum ait in calce.
Nouum testamentum græcæ fidei reddidi,vetus iuxta hebraicum transtuli. Deinde in epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi. De septuaginta interpretibus agens circa finem,

ſic habet. Porro quanta dimiſerint, vel aſterici teſtes ſunt, vt diximus, vel noſtra interpretatio ſi a diligenti lectore tralationi veteri conferatur. Idem quoque contra Ruffinum ſibi inuidētem ac reprehendentem, quod nouam ex hebræo traductionem feciſſet, ſecundo libro reſpondens oſtendit ſe ſuam tralationem non feciſſe in dānationem veterum, quēadmodum ipſe Ruffinus calumniabatur, & tandem in calce ita ſubiungit. Qui iſtius modi nenias conſectatur, & ſcripturę hebraicę veritatem non vult recipere, audiat libere proclamantem. Nemo enim cogitur legere quod non vult. Ego petentibus ſcripſi, non faſtidioſis, gratis non ingratis, ſtudioſis, non ocitātibus. Et tamen miror quomodo Theodocionem hęreticum & iudaizantem legit, & qualiſcunque peccatoris chriſtiani tralationem faſtidit, & paulopoſt. Quid nocet eccleſiis noſtra tralatio? Idem in prologo galeato, qui regum libris pręficitur, oſtēdit cū ait. Hic prologus ſcripturarum quaſi galeatum principiū omnibus libris quos de hebræo vertimus in latinum cōuenire poteſt, vt ſcire valeamus quid extra hos inter apocrifa eſſe ponendum. Et paulopoſt, Quę cū ita ſe habeant, obſecro te lector, ne laborem meum reprehenſionē æſtimes antiquorum. Et rurſus. Et cum intellexeris quod ante neſciebas, vel interpretem me æſtimato, ſi gratus es, vel paraphraſtem, ſi ingratus. Quanquam mihi omnino conſcius non ſum mutaſſe me quidpiam de hebraica veritate. Idem quoque in prologo Paralipomenon oſtendit, cum epiſcopo Chromatio roganti vt hebræa volumina latino ſermone tranſferret, ait hoc pacto. Cur non ſuſcipiāt me latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouam cōdidi, vt laborem meum hebræis, & quod his maius eſt apoſtolis authoribus comprobē. Sed iam peculiarius rem agamus, & per ipſos Bibliæ libros percurrentes, probemus eos per Ieronymū ex hebręis immediate verſos in latinū fuiſſe. Imprimis eñ vt de pentateuco agamus, Ieronymus ipſe Deſiderio flagitāti, vt pentateucū, hoc eſt quinq; libros Moyſi in latinā linguā de hebræo ſermone tranſferret Reſpondet ſe vt id auderet Origenes ſtudio fuiſſe prouocatū & poſt ea ſubdit hoc pacto. Quid igitur damnamus veteres? minime, ſed poſt priorū ſtudia in domo dñi, quod poſſumus laboramus. & paulo poſt. Liuidū tacito nomine cōuellēs ſic ait. Quid liuore torqueris? quid imperitorū animos contra me concitas? Sicubi in tralatione tibi videor errare, interroga Hebræos diuerſarum vrbium magiſtros conſule. ¶ Sed veniamus ad Ioſue, & iudicum libros, quibus ſubnectitur liber Ruth. Hos enim ſe traduxiſſe Ieronymus ipſe teſtatur in prologo Ioſue, vbi ſic habet. Tandem finito pentateuco Moyſi, velut grandi fenore liberati ad Ieſum filium

Naue manum mittimus, quem hebræi Ioſue bennum, id eſt Ioſue filium num vocant, & ad iudicum librum, quem Sothis appellant, ad Ruth quoque & Heſter, quos eiſdem nominibus efferunt, monemuſque lectorem, vt ſyluam hebraicorum nominum & diſtinctiones per membra diuiſas diligens ſcriptura conſeruet, ne & noſter labor, & illius ſtudiū pereat. Et vt inprimis quod ſępe teſtatus ſum, ſciat me nō in reprehenſionem veterum noua cudere, ſicut amici mei criminantur, ſed pro virili portione offerre linguę meæ hominibus quos tamen noſtra delectant, vt pro Græcorum hexaplis, quæ & ſūptu & labore maximo indigent, editionem noſtram habeant.

¶ Cæterum tranſeamus ad libros regum, quorū duo primi Samuel, duo vero vltimi Malachim vocantur, & probemus ex ipſo prologo Ieronymum eos ex hebræo traduxiſſe. Sic enim habet. Lege ergo primum Samuel Malachim meum. Meum inquam meum. Quicquid enim crebrius vertendo & emendādo ſolicitius, & didiſcimus & tenemus noſtrū eſt. ¶ Porro quod traduxerit libros Paralipomenō teſtatur in ꝓlogo, vbi Chromatio ep̄o impellēti, vt hebręa volumina latino ſermone tranſferret, ſatiſfaciens, dicit in calce. Et quod nunc verba dabreiamim, id eſt verba dierū interpretatus ſum, idcirco feci vt inextricabiles moras, & ſyluā nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vicio, ſenſuūq; barbariē apertius & per verſuū colla digererē. ¶ De libris Eſdrę palā etiā teſtatur a ſe tralatos fuiſſe, cū ait in prologo. Si qui autē fratrū ſint, quibus noſtra non diſplicent, his tribuatis exēplar, vt hebręa noīa, quorū grādis in hoc volumine copia eſt, diſtincte, & per interualla tranſcribāt, & paulopoſt. Vos legite de his exēplaribus quę nuper a nobis edita maledictorū quotidie linguis cōfodiuntur. Sed vt ad cōpendiū veniā certe quod illaturus ſum ęquiſſimū eſt. Edidi aliquid quod non habetur in gręco, aut alter habetur q̄ a me verſum eſt. Quid interpretē laniant? interrogēt hebręos & ipſis authoribus tralationi meę vel arrogent vel derogēt fidem. ¶ Quantum ad librum Thobiæ prologus ipſe indicat qui ſic habet. Exigitis enim vt librum caldeo ſermone cōſcriptum ad latinum ſtillum traham. Et ſequitur. Feci ſatis deſiderio veſtro, non tamen meo ſtudio. De libro quoque Iudith ſic ait. Multorum codicum varietatem vicioſiſſimam amputaui, ſola ea quæ intelligentia integra in verbis caldeis inuenire potui, latinis expreſſi.

Librum quoque heſter ſe fuiſſe interpretatū ait in prologo dicens hoc pacto. Librum heſter variis tranſlatoribus conſtat eſſe viciatū quem ego de archiuis Hebræorum reuelans verbum e verbo expreſſius tranſtuli. Et poſtea dicit fideli teſtimonio ſimpliciter ſicut in hebræo habetur, hyſtoriam hebraicam latinæ linguæ tradidiſſe.

¶De libro quoque Iob idem probatur in prologo, vbi sic præfatur Cęterum apud latinos ante eam tralationem, quam sub astericis & obelis nup ędidimus, septingęti ferme aut octingęti versus desunt, vt decurtatus & laceratus corrosusq; liber fœditatem sui publice legentibus præbeat. Hæc autem tralatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso hebraico, arabicoque sermone, & interdum syro nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrumque resonabit. Et in calce. Vtraque autem editio & septuaginta iuxta Græcos & mea iuxta Hebręos in latinum meo labore trāslata est. Itidem secūdo libro, contra Ruffinum sic ait. Transibo ad librum Iob, quē post septuaginta interpretum editionem, quam Origenes obelis astericisque distinxit, ante annos plurimos latino sermone datum cū rursum iuxta hebraicū verterem sic locutus sum. Cogor per singulos scripturę diuinę libros aduersariorum respōdere maledictis; qui interpretationem meam reprehēsionem septuaginta interpretum calumniantur. ¶Quantū vero ad tralationem psalterii, non patet ex prologo qui Biblię impressę affixus est, sed ex aliis eius scriptis. Imprimis ex libro de viris illustribus, vbi de Sophronio i calce agēs, dicit se psalteriū & prophetas de hebręo in latinū vertisse. Et in epistola quoque ad Sophronium ipsum, de noua editione psalterii secundum hebraicam veritatem, hoc idem testatur. Et secundo libro cōtra Ruffinum idem astruit, cum inquit. Psalterium quoq;, quod certe emēdatissimum iuxta septuaginta interpretes nostro labore dudū roma suscepit, rursū iuxta hebraicum vertēs, prefatione muniui. ¶De libris vero Salomonis ostenditur in prologo eos, ab ipso Ieronymo versos fuisse de hebraico in latinū. Sic enim dicit ipse. Itaq; longa ęgrotatione fractus ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, triduī opus nomini vestro consecraui interpretationem, videlicet trium Salomonis voluminum, massot, quod Hebręi parabolas, vulgata autem editio prouerbia vocat coeleth, quod greece ecclesiastem, latine concionatorē possumus dicere syrasirim, quod in lingua nostra vertitur cantícum cantícorum. Et secundo libro cotra Ruffinū, sic ait, Salomonis etiā libros quos olim iuxta septuaginta, additis obelis & astericis in latinum verterem, ex hebraico transferens, & dedicans sanctis episcopis Chromatio & Heliodoro, hoc in prefaciunculę meę fine subiecí. Si cui sane septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emēdatam. Neq; enī sic noua cudimus, vt vetera destruamus. ¶Quantū vero ptinet ad alios duos libros sapientiales, scilicet sapientię & ecclesiasticí, librū quidē sapientię in prefato ,plogo prouerbiorū vocat pseudographū nihilq; apte & peculiariter ibi de tralatiōe eius meminit

Aliū vero dicit hebraicū se reperisse. De interpretatiōe quoq; eius ibidē tacet. Deinde generalis probatio superius posita, hic sufficiat. Iam vero transeamus ad prophetas, & primo ad Esayā, in cuius prologo sic habet Ieronymus. Nos quoque vtilitati legentium prouidendentes interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Et subdit. Et nihilominus hoc a fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post septuaginta tralatores Aquilam, & Symachum & Theodocionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel vt septuaginta magis ex collatione eorū intelligāt, sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant, ne videantur non ex iudicio, sed ex odii prę sumptione, ignorata damnare. Et in principio explanationum suarum in ipsum Esayam, ita habet. Pro Iuda, in quo significantur duæ tribus, septuaginta & Theodocion posuerūt Iudęam, quæ totam terram duodecim tribuum ostendit. Et pro eo quod nos ex hebręo vertimus super Iudam & Hierusalem, illi interpretati sunt. Contra Iudā & Hierusalem. ¶Quo ad Ieremiam nullus ponitur in Biblia Ieronymi prologus, qui de interpretatione mentionem faciat, probatio igitur aliunde sumenda est. Itaque probationem afferamus ex libro de viris illustribus, vbi de Sophronio agens quemadmodum superius iam citatum est, asserit se prophetas de hebræo in latinum vertisse. Denique peculiarissime ex prologo commentariorum in ipsum prophetam, hoc constat, vbi sic habet. Epistolam Ieremiæ nequaquam censui differendam, sed magis Ieremiæ ordinem librariorum ordine cōfusum, multaq; quę desunt ex hebręis fontibus digerere ac complere, vt nouum ex veteri, verumque pro corrupto, ac falsato, prophetam teneas. ¶Porro Ezechielem a se tralatum specialiter iudicat Ieronymus ipse in prologo, cum ait. Legite igitur & hunc iuxta tralationem nostram, quoniam per colla scriptus & comata manifestiorem legentibus sensum tribuit.

¶De Daniele quoque satis patet in prologo, præsertim cum dicit, apud Hebræos nec hystoriam Susannæ, nec trium puerorum, hymnum haberi, sed tamen veru antepositō, ac iugulante se subiecisse, ne videretur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Apertius autem hoc testatur, in prologo suarum explanationum, in eundem prophetam, vbi sic habet. Vnde & nos ante annos plurimos, cum verteremus Danielem, has visiones obelo prenotauimus significantes eas in hebræo non haberi.

¶De duodecim autem prophetis, qui apud Hebræos in vnum volumen coartantur ipse Ieronymus testatur in secundo libro contra Ruffinū se transtulisse, cū ait. Cōmētarii in duodecim prophetas, &

meam & ſeptuaginta editionē ediſſerūt. Denique quo ad libros Machabęorū, quí poſtremo loco ponuntur inter libros veteris teſtamē tí, níhíl quantum ad tralationem attinet, ex prologís habetur. Itaque ſufficiat probatío generalís. Adde quod nemo p̄ter Ieronymū líbros veteris teſtamenti ex hebræo ín latínum vertiſſe putatur.

¶ Capite ſeptímo probatur tralationem veteris teſtamenti, quæ ín Bíblía communí ac latína habetur, a ſacro Ieronymo factam fuiſſe.

IAm vero probemus veteris teſtamenti tralatíonem, quæ ín communí Bíblía habetur, & qua paſſím vtitur eccleſía, eſſe díui Ieronymí. Et primam quídem probationem a prologís deſumamus, in hunc modum. Enimuero prologí ípſí, quos ſacer Ieronymus líbrís a ſe traductís ſe præfixiſſe teſtatur apertíſſime, probant ſíngulos veteris teſtamenti líbros ab ípſo Ieronymo fuiſſe de hebręo ín latínū verſos. Hoc enim quí inficiabítur plane índicabít ſe, vel prologos ípſos non legiſſe, vel certe ſe pluſquam pertínacem eſſe. Quod autem Ieronymus ípſe præfatíones ſacrís líbrís a ſe traductís prępoſuerit, ípſemet teſtatur ín epiſtola ad Auguſtínum reſponſíua, hoc dicēs modo. Quod autem genus ínterpretatíonís ín ſcripturís ſanctís ſequendum ſít, líber quem ſcrípſí de optímo genere ínterpretandí, & omnes prędfaciunculę díuinorum voluminum, quas editíoní noſtræ præpoſuímus, explicant ad íllaſque prudentem lectorem mittēdum puto. Forte dícit moroſus alíquís cauillator líbros, quíbus prologí ípſí prímum affíxí ſunt a Ieronymo quídē fuíſſe traductos, ſed propterea nō confící líbros quíbus nunc prędficiuntur, & in communí Bíblía ponuntur a Ieronymo tralatos fuíſſe. O tergíuerſator ineptíſſime, díc obſecro quís auſus eſt facere tam ínfœlíx díuortíum? Quís líbros a ſuís prologís per authorem ípſum affíxís díſſípare præſumpſit? Dic ínquam a quíbus, qua cauſa, quo tēpore, quove loco íd effectum eſt? Eſt ne credíbile omnes authores íta negligentes fuíſſe, vt ne vnus quídem tam audacís facínoris vſpíam meminerít? Sí longe minora ſūt ab eís credíta líterarū monimentís, quo pacto veriſímile eſt eos, flagítíū huíuſcemodí præterm íſíſſe? Quod ſí admíſſfuíſſū et, nōne res dígna fuíſſet deſcríbí? Plane dígna ne ſcílícet fídeles ſeducerentur, Ieronymo tríbuentes quod ab eo profectum non fuíſſet. Sed obſero te quí fierí potuit vt prologí ípſí hactenus ſeruatí ſint íncolumes, & líbrí íllí, quíbus præfixí fuerant, perierít? Periíſſe enim eos fatearís oportet, ſí nō ſít íllí ípſí, quos ſacer Ieronymus traduxit. Nōne vídes q̄ inepte omnes maiores noſtros negligentię íncuſes, ac dānes? Porro ſí líbrí quos ípſe Ieronymus ex hebręís fecit latínos, nō ſít íllí quí in vſu habentur, quęrimus exte, an funditus perierínt? Sí dícas non periíſſe, des ígítur íllos, & ſíc des vt etíam probes ín dubíe eos Ieronymí eſſe. Alíoquí te rísu, ac cachíno dígnum exhíbebís. Sí cōtendas eos periíſſe, probamus ex ípſorum líbrorum díuulgatíone, íta falſū eſſe quod aís, vt necverí quídem ſpecíem habeat vllam. Enímuero líbrí ípſí a Ieronymo traducti, íta per orbem vel tēpore eíus díſperſí fuerunt, vt nec veriſímile quidē ſít eos perire potuíſſe. Quod enī per orbem díſſeminatí fuerínt facile eſt ex multís conficere. Im prímís ex ípſo Ieronymo, quí de ſuís obtrectatorības conqueſtus quod líbros a ſe traductos palam damnarent, & tamen clanculum legerent, ſíc ín prologo Paralípomenon ínfit. Hęc pace veterum loquar & obtrectatorības meís tantū reſpondeo, quí canino dente merodunt ín publíco detrahentes, & legētes in angulís. Et ín prologo Eſdrę. Accedūt ad hoc ínímícorum ſtudía, quí omne quod ſcríbímus, reprehendendum putant. Et ínterdum contra ſe conſcientía repugnante publíce lacerant, quę occulte legunt. Et ín prologo Iob Diſcat ígíť obtrectatores meí recípere ī toto quod ī parte ſuſceperūt Ex hís enim aperte conſtat tralatíonem Ieronymí adeo publicatā fuíſſe, vt etíam ad manus peruenerit líuídorum. Sed alíunde probatur eam fuíſſe toto orbe vulgatam. Síquídem ad díuum Auguſtínū, vſque peruenit, quí tamē a Ieronymo tam díſtante loco habítabat, vt Ieronymus quadam epiſtola ad Auguſtínum ípſum ſcríbens dícat hoc pacto. Ad nos enim tantís marís atque terrarum ſpacíís a te díuíſos víx vocís tuę ſonus peruenit. Et ípſe quoque Auguſtínus, quadam epiſtola ad Ieronymum hoc etíam aſtruat. Nunc vero, ínquít, tanto locorum ínterualo abſumus a ſenſíbus noſtrís, vt de íllís verbís apoſtolí ad Galathas, Iuuenem me ſcripſíſſe meminerím & ecce íam ſenex necdum ſcrípta meruerím. ¶ Sed quod tralatío Ieronymí ad Auguſtínum peruenerít, luculenter conſtat, ex quadā eíus ad Ieronymum epiſtola ín qua ſíc habet. In hac autem epiſtola hoc addo quod p̄ſtea dídíſcímus ex hebręo. Iob a te ínterpretatum, cum íam quandam haberemus ínterpretatíonem tuam eíuſdē prophetæ ex græco eloquío verſam ín latínum. Et paulopoſt. Porro ín hac poſterióre ínterpretatíone, quę verſa eſt ex hebręo, non eadem verborum fídes occurrít. Et rurſus. Alíquíd índe exemplí gratía voluí ponere, ſed mihí ad horam codex defuít, quí ex hebręo eſt Et poſtmodum ſubdít contentíonem fuíſſe motam ín populo occaſíone tralatíonís Ieronymí dícens hoc pacto. Nam quídem frater

noſter epiſcopus cum lectitare conſtituiſſet in eccleſia, cui præeſt interpretationem tuam,mouit quiddam longe aliter a te poſitum apud Ionam prophetam,quam erat omnium ſenſibus, memoriæq; inueteratum,& tot ætatum ſucceſſionibus decantatum.Factus eſt eſt autem tantus tumultus in plæbe,maxime Græcis arguẽtibus & inclamantibus calumniam falſitatis,vt cogeretur epiſcopus ciuitatis Iudæorum teſtimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia, an malitia hoc eſſe in hebræis codicibus reſponderunt, quod græci & latini habebant,atque dicebant. Quid plura? coactus eſt hoc velut mendoſitatem corrigere volens poſt magnum periculum non remanere ſine plebe. Vides quemadmodum vtrãque Ieronimi editionem Auguſtinus apud ſe habuerit,adhuc viuente Ieronymo. Vides inquam,vt in eccleſiis palam lectitari cœpta ſit,ac diuulgari.
Idem quoq; Auguſtinus,octauodecimo,de ciuitate dei,de tralatione Ieronymi ex hebræo loquens hunc in modum ait. Quamuis nõ defuerit tẽporibus noſtris preſbyter Ieronymus homo doctiſſimus & omniũ trium linguarum peritus,qui non ex græco,ſed ex hebręo in latinum eloquium eaſdem ſcripturas cõuerterit. Quomodo precor Auguſtinus hęc dixiſſet,niſi tralationem Ieronymi habuiſſet compertam? Et quanquam eum lateret in iuuentute, tamen ſenex apud ſe habuit. Deniq; ex ipſo Auguſtino conficitur luculenter tralationem,quæ in Biblia eſt,a Ieronymo factam fuiſſe. Nam Auguſtinus ipſe libro quarto,de doctrina chriſtiana, agens de eloquẽtia prophetarum hunc in modum ait. Non autem ſecundum ſeptuaginta interpretes,qui etiam ipſi diuino ſpiritu interpretati ob hoc aliter videntur nonnulla dixiſſe,vt ad ſpiritualem ſenſum perſcrutandum magis admoneretur lectoris intentio. Vnde etiam obſcuriora nonnulla tropica magis tropica ſunt eorũ,ſed ſicut ex hebræo in latinum eloquium preſbytero Ieronymo vtriuſque linguæ periton interpretante traſlata ſunt. Et ſtatim ponit multa,quę ſub eadem forma verborum in Biblia communi habentur in prophetã armentarium,ſcilicet Amos. ¶ Porro ex Ruffino presbytero ipſius Ieronymi aduerſario probatur luculenter ipſam editionem ex hebręo fuiſſe per orbem diſperſam. Sic enim libro ſuarum inuectiuarum ſecũdo,Ieronymum ipſum vellicans ait. Iſta vero quę nunc tu interpretaris,& per eccleſias & monaſteria,per oppida & caſtella tranſmittis,quomodo ſuſcipiemus tanquam diuina,an tanquam humana? Denique tam diuulgata fuit Ieronymi tralatio,vt eo adhuc viuente,nonnulli eius libri de latino in græcum verſi ſint, quemadmodũ ipſemet indicat,in libro de viris illuſtribus,vbi de Sophronio agẽs dicit eum tranſtuliſſe pſalterium,& prophetas, quos de hebræo in

latinum verterat. Quibus animaduerſis conſtat apertiſſime tralationẽ ipſam fuiſſe toto orbe publicatam. Quapropter ineptiſſimũ eſt putare eam periiſſe,& in vſu non eſſe. Nõ enim credibile eſt id periiſſe,quod ita patenter diuulgatum eſt. ¶ Cæterum aliam afferamus rationem,ex ipſius Ieronymi commentariis,ac libris deprõptam. Enimuero facer ipſe Ieronymus multis locis ſuorum ſcriptorum teſtatur ſe ſuam editionem ex hebręo in latinum verſam cum tralatione ſeptuaginta interpretum diſſerere. Nã vt inde aliquid proferatur in ſecundo contra Ruffinum libro,hunc in modum ait. Commentarii in duodecim prophetas,& meam & ſeptuaginta editionem ediſſerunt. Sed & ſi ipſos commentarios perlegeris,videbis eum cum interpretatione ſeptuaginta,Aquilę, Symachi, Theodocionis,& quintę quoque editionis,ſuam quoque tralationem ex hebræo factam explanare. Hoc autem quod diximus,nullus mi lector poterit melius tibi,quam lectio diligens oſtendere. Cui ſi deceter incubueris,intelliges Ieronymum ipſum miro labore primũ de tralationibus agere,deinde hyſtoriã ipſam proſequi. Poſtremo anagogin,ſic enim Græci dicunt,ſubnectere. Intelliges inquã tralationem ipſam,quę in communi Biblia habetur,eſſe ſimilem ei quã frequentiſſime ſe ex hebręo in latinum traduxiſſe profitetur. Adde quod ibidem frequenter duo textus ponuntur præfatis inſerti cõmentariis,præſertim in libris prophetarum, quorum quidem primus ſecundũ hebraicã veritatem eſt,alter vero ſecũdum ſeptuaginta interpretes. At qui primus ille textus,prorſus ſimilis eſt noſtro, qui in communi Biblia habetur. Quod nullo negotio ex mutua collatione deprehendere poſſit,qui conferre voluerit. Eniuero ſi ipſos pcurrere cõmẽtarios,& prætermiſſo Geneſis libro,cuius textus nec ſecundum veritatem hebraicam,nec noſtro textui conformis eſt. Sed aut ſecundum interpretationem ſeptuaginta,aut certe ſecundũ editionem vulgatam,ab Oſeę auſpicari iuuet,ibi deprehendetur textum a Ieronymo poſitum primo loco,penitus noſtro ſimilem eſſe Deinde ſeptuaginta interpretum tralationem eſſe ſubiectam, vbi tamen diſſentiunt. Quando enim duæ illæ tralationes conſentiũt, vnus ſolus textus ponitur,ſcilicet ſecundum hebraicum,tuncque additur,ſeptuaginta ſimiliter ſupple interpretati ſunt. Deinde ſi trãſire ad Ioel placuerit,videbitur idem factitatum fuiſſe. In amos autẽ quem Ieronymus bis commentatus eſt,primo quidem ſuccincte, ſecundo vero prolixius deprehendetur in primo textum vnicũ,qui ex hebræo trãſlatus noſtro penitus conformis eſt. In ſecundo vero nonnunquam,ſed rarenter aliquid de ſeptuaginta interpretibus inſertum eſſe. In abdia vero, quem primo explanauit myſtice, dum

adhuc iuuenis esset,& post triginta annos, alios commentarios ędi dit,vnus comperietur textus ex hebręo traductus,qui nostro simílis est.In Iona vero textus duo reperientur,quemadmodum & in Oseę, primus quorũ de hebræo traductus,nostro símilis est,alter vero dís símilis,qui est ipsorum septuaginta Quid plura? percurre mi lector cæteros prophetas minores,lege & Esayam magnitudine eis æqua lem,& inuenies Ieronymum tam suam,quam septuaginta interpre tationem ibi dísserentem. ¶Sed tergiuersatur forte aliquis,& dicit textum illum,qui commẽtariis eius insertus est,non esse Ieronymi. Det igitur iste alium textum,a Ieronymo traductũ,det inquam eũ, qui Ieronymi commentariis alium textum inseruit.Hoc autẽ cum non possit,palam est tergiuersationem huiusmodi prorsus ineptam esse. Et nihilominus vt confutetur vberius,quædam ex ipsius Iero nymi proferamus testimonia, quibus ostẽditur illam tralationem quæ ibi inseritur,potissimũ esse ipsius Ieronymi.Imprimis Micheę primo capite hoc palam insinuatur,vbi dicitur . Multum hebraicũ a septuaginta interpretatione discordat,& tantis tam mea, quam il lorum tralatio difficultatibus inuoluta est,vt si quando indiguimus spiritu dei,semper autem in exponendis scripturis sanctis illius in digemus aduentu,nunc vel maxime eum adesse cupiamus, & quæ in prophetis locutus est pandere. Et subdit.Hucusque iuxta hebraí cum quid nobis videtur expressimus, nunc ad tralationem septua ginta interpretum reuertẽtes,de singulis vt possumus disputemus. Itidem Abachuc capite tertio,exponẽs ipse Ieronymus illud,ãte fa ciem eius ibit mors,& egredietur dyabolus ante pedes eius,hunc in modum infit. Pro eo quod nos transtulimus mortẽ in hebræo , tres literę positę sunt. Et subdit. Soli septuaginta,& Theodocion sermo nem pro morte interpretati sunt.necnon in consequenti versículo, vbi diximus.Egredietur dyabolus ante pedes eius,aliter transtule runt,iuxta quod postea disputabimus.Item in libro ad Algasiam,de vndecim quæstionibus noui testamenti sic ait.Nos autẽ ex hebręo ita vertimus,ecce puer meus suscipiam eum,electus meus compla cuit sibi in illo anima mea &c. Ex his aperte patet tralationem quã Ieronymus ex hebręo fecit,fuisse ab eo suis commentariis insertam quã,& ibi cum aliis differit. At vero illa símilis est ei quę passim in Biblía communi habetur,quẽadmodum ex mutua collatione aper tíssime constat, Quapropter insanum prorsus est dicere veteris te stamenti tralationẽ,quæ in Biblía habetur Ieronymi non esse, quẽ admodum quiddã inepti garriunt,qui nescíunt quid loquantur.

¶Sed adhuc alia testímonia proferamus,quibus probatur sufficien ter tralationem quæ in Biblia communi est,ipsius Ieronymi esse.

Etenim diuus Gregorius hoc satis insinuat,libro moralium vicesi mo .§. nonagesimooctauo, vbi tractans illud Iob mutatus es mihi in crudelem,& in durítia manus tuæ aduersaris mihi,sic ait. Longe ab hac sentẽtiavetusta tralatio dissonat,quia quod in hac de deo dí citur,hoc in illa de aduersariis ac persecutoribus memoratur. Sed ta men quia hæc noua tralatio ex hebræo nobis arabicoq; eloquio cun cta verius transfudisse perhibetur,credendum est quicquid in ea dí citur & oportet vt verba illius nostra expositio subtiliter rimetur. Ecce Gregorius satis insinuat a Ieronymo factam esse veteris testa menti tralationem.At dices id non sequi ex præfatis verbis,quoní am Ieronymus ibidẽ non nominatur,Et consequentia hæc nullius est momenti,hęc tralatio facta est ex hebręo,igitur est Ieronymi. Fateor non sequi absolute,sed tamen cum addito quod omnino ra tioni consentaneum est,satis confici,scilicet sic argumentando hęc tralatio facta est ex hebręo,& nullus tralationẽ fecit ex hebręo in la tinum immediate,pręter Ieronymũ. Igitur hæc tralatio Ieronymi est. Quod si aliquẽ aliũ dicas hoc fecisse,des illum. Verum vt frons tua durissima fortius conteratur afferamus eundem Gregorium su per Ezechielem omelia septima tractantem illud,& alterũ símílí ter velabatur,ibi enim hoc aperte testatur dicens hoc pacto. Trala tionem autem septuaginta interpretum,Aquilæ, Theodocionis, & Symachi solite perscrutãtes nihil ex his verbis inuenimus. Sed bea ti Ieronymi scripturam legentes agnouimus,quia hanc sententiam in hebraica veritate ita positam,non quidem iuxta verbum,sed iux ta sensum inuenerit. Ecce apertum testímonium quod tralatio no stra sit Ieronymi,quę & propria manu eius scripta dicitur haberi in bibliotheca summi pontificis,quod innuere videtur præfatus Gre gorius per illa verba scripturam legentes. Sed pergamus ad alia.

¶Capite octauo ostenditur traductionem veteris legis a Ieronymo elaboratam,fideliter ac decenter ef fectam esse,& deinde quędam obiectiones quę ex Ieronymo ipso fieri possunt. diluuntur.

IAm vero agendum an tralatio veteris testamenti quam Ieronymus elaborauit,vt satis probatum est sit decenter ac fideliter effecta. Imprimis quod de center fideliterque transtulerit hebraicam verita tem probatur eius testímonio qui hoc ipsum mul tis in locis non temere asserit,in quibus & sæpe re mittit eũ qui de hoc dubitarit ad Hebręos,vt scilicet consulti dicant

quid ſentiant. Etenim contra liuidum agens in prologo qui pentateuco Moyſi præponitur, ſic ait. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in tralatione tibi videor errare, interroga hebræos diuerſarum vrbium magiſtros conſule. Et in prologo galeato, qui libris regum prefícitur, hunc in modū inquit. Quanquam mihi omnino conſcius non ſim, mutaſſe me quid piam de hebraica veritate. Certe ſi incredulus es, lege græcos codices & latinos, & confer cum his opuſculis, quæ nuper emēdauimus, & vbicunque inter ſe diſcrepare videris, interroga quēlibet hebręorum, cui magis accommodare debeas fidem, & ſi noſtra firmauerit puto quod eum non æſtimes coniectorem, vt in eodem loco mecū Iſrael diuinauerit. Itidem in prologo Paralipomenon dicit hoc pacto. Cur me non ſuſcipient latini mei? qui inuiolata editione veteri ita nouā condidi, vt laborē meū hebræis, & quod his maius eſt apoſtolis authoribus cōprobē. Et prologo ſequēti ſic ait. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebręos, ſuam conſcientiam recolat, videat ordinem textūque ſermonis, & tunc noſtro labori ſi potuerit detrahat. Idētidem in prologo Eſdræ, hoc modo habet. Sed vt ad compendium veniam, certe quod illatum ſum æquiſſimum eſt. Edidi aliqd, quod nō habetur in greco, aut aliter habetur quam a me verſum eſt. Quid interpretem laniant? Interrogent Hebręos, & ipſis authoribus tralationi meę vel arrogēt vel derogent fidem. Porro Ieronymus ipſe rationabili ſuaſione probat ſuam tralationem ſuis latinis probari recipique debere, quēadmodum iam patuit. Et nihilominus ex prologo Iob, conſici poteſt, vbi ſic ait. Quod ſi apud Græcos poſt ſeptuaginta editionem iā primum euangelio coruſcāte Iudęus Aquila, & Symachus, ac Theodocion iudaizantes hęretici ſunt recepti, qui multa myſteria Saluatoris, ſubdola interpretatione celauerunt, & tamen in exemplis habēntur apud eccleſias, & explanantur ab eccleſiaſticis viris, quanto magis ego chriſtianus, & de parētibus chriſtianis natus, & vexillū crucis in mea fronte portans, cuius ſtudium fuit omiſſa repetere, deprauata corrigere, & ſacramenta eccleſiæ puro & fideli aperire ſermone, vel a faſtidioſis, vel a malignis lectoribus, non debeo reprobari. Idem patet ex prologo Eſayę, vbi ſic inſit. Et nihilominus hoc a faſtidioſis lectoribus precor, vt quomodo greci poſt ſeptuaginta tralatores, Aquilam, Symachum, & Theodocionem legunt vel ob ſtudiū doctrinę ſuæ, vel vt ſeptuaginta magis ex collatione eorū intelligāt ſic & iſti ſaltem vnum poſt priores habere dignentur interpretem. Ecce quo pacto Ieronymus oſtendit ſe traduxiſſe fideliter ac decenter, vtpote qui hęſitantes remittat ad Hebræos, & rationabili ratione ſua deat ſuam tralationē a ſuis latinis recipi debere. ¶ Quod ſi teſtimonium Ieronymi tibi non ſatis eſſe dixeris, quod vni teſti neque Cathoni ſit credendum. Probemus aliunde Ieronymum traduxiſſe, vt par erat. Enimuero diuus Auguſtinus octauodecimo de ciuitate dei, refert Iudæos probaſſe tralationem Ieronymi, ac dixiſſe eam fideliter fuiſſe effectam. At quomodo credibile eſt Iudæos ipſos fidei chriſtianę hoſtes acerrimos hoc dixiſſe, niſi Ieronymus ipſe decenter tranſtuliſſet? Magnum eſt ab aduerſariis teſtimonium habere? Denique poſtquam diligenter examinata fuit ipſius tralatio Ieronymi per catholicos viros, tandem compertum eſt eam fideliter factam fuiſſe. ¶ Verum contra ea quę dicta ſunt, quiſpiam obiicere poteſt epiſtolam quandam ſub nomine Ieronymi dum ad huc viueret diſſeminatam in qua pœnitentiam agebat, ac teſtabatur ſe ab hebręis in adoleſcentia inductum hebręa volumina male tranſtuliſſe. Sed reſpōſio in promptu eſt epiſtolam illam nullo modo fuiſſe Ieronymi, ſed a quodam liuido confictam, quemadmodū ipſe grauiter conquerendo oſtendit, ſecundo libro contra Ruffinum dicens hoc pacto. Bene quod malitia non habet tantas vires, quantos conatus. Perierat innocentia, ſi ſemper nequitię iuncta eſſet ſapientia, & totum quicquid cupit, calumnia præualeret. Stilus meus qualiſcunque eſt, ipſas preſtigias, & alterius perſonam, quam fraudulenter induerat, quis eſſet oſtēdit. Ergo ille qui epiſtolam ſub nomine meo finxerat, quod male hebręa volumina trāſtuliſſem, obiicere dicitur in ſeptuaginta condemnationem, ſcripturas ſanctas interpretatum, vt ſiue falſa ſint, ſiue vera quæ trāſtuli, in crimine maneam, dum aut in nouo opere me fateor erraſſe, aut recens editio veteris condemnatio ſit. Et poſtmodum. Ego taceo, & litere non meę loquūtur contra me. Ignoro crimen, & in toto orbe confiteor. Heu me, mater mea, vt quid me genuiſti virum, qui iudicer, & diſcernar omni terre. Ex his enim Ieronymi verbis patet epiſtolam illā olim fuiſſe confictam, atque emētitam. ¶ Sed rurſus dicet aliquis ex ſcriptis, quę Ieronymi eſſe non dubitantur, probari poſſe eum non decenter ac fideliter vetus teſtamentum traduxiſſe. Siquidem ex cōmentariis in libro hebraicarum quęſtionum ſuper Geneſim, quem ſe feciſſe profitetur in de viris illuſtribus, cuius & meminit libro hebraicorum nominum, & quintodecimo libro ſuper Eſayam, multa ponuntur, ex quibus aperte conficitur aut Ieronymū fideliter nō traduxiſſe, aut certe tralationem, quę in Biblia communi habetur, eius non eſſe. Etenim in Biblia noſtra dicitur Geneſis primo. Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas, & tamen Ieronymus in ipſis cōmentariis ait in hebraico eſſe, meraheſeth, quod nos, inquit, appel-

lare poſſumus incubabat,ſiue cõfouebat. Deinde capite ſecũdo dícitur in Biblía communi, In qua díe comederis exeo, morte morieris. & tamẽ ſic dicit Ieronimus melíus interpretatus eſt Símachus mortalis erís. Item capite quíto, vbi dícitur in Bíblía noſtra. Et reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius, dícit Ieronymus. Vnde ſcire poterat Chaín quod fratrís eius munera ſuſcepiſſet dominus, & ſua repudíaſſet, níſi illa ínterpretatío vera eſt, quam Theodocíõ poſuit? Et ínflãmauit deus ſuper abel, & ſuper ſacrificiũ eius. Super Chaín vero & ſuper ſacrifícium eius non inflammauit. Et paulopoſt. Vbí habemus, díxítque Chaín ad fratrem ſuum, Egrediamur foras. Dícit Ieronymus, ſubaudí ea quæ locutus eſt dominus. Superfluum ergo eſt quod ín Samarítanorum & noſtro volumine reperítur, tranſeamus ín campum. Porro capite ſexto, vbí textus noſter habet, non permanebit ſpíritus meus in homíne ín æternum, quía caro eſt. Dícit Ieronymus ín hebræo ſcriptũ eſſe, nõ ĩudicabit ſpíritus meus homínes íſtos in ſempiternum, quoníam caro ſunt. Et ſubdít. Ergo non ſeueritatem, vt ín noſtrís codicíbus legítur, ſed clementíam deí ſonat, dum peccator híc pro ſuo ſcelere víſitatur. Et paulopoſt, vbí habemus, Gygantes autem erant ſuper terram in díebus íllís, ait Ieronymus ín hebręo íta haberí. Cadentes erant ín terrã ín díebus illís. Et rurſus, vbí habemus. Fac tíbi archam de lígnís leuígatís, & ſeptuagínta tranſtulerunt. Fac tíbi archam de lígnís quadratís. Ieronymus ſíc aít, pro quadratís lígnís, bítuminatís, legimus ín hebræo. Item decímotertío, vbí habemus, homines autem Sodomitæ peſſimí erant, & peccatores corã domíno nímís. Dícit Ieronymus Superflue híc ín ſeptuagínta ínterpretíbus addítum eſt, in conſpectu deí. Sí ígitur ſuperflue addítum eſt, cur Ieronymus ípſe ín tralatíone ſua poſuít, inſuper capite vícesímo quínto, vbí dícit noſtra tralatío de Abraham, defícienſque mortuus eſt. Dícit Ieronymus male ín ſeptuagínta ínterpretíbus addítum eſt, & deficiens. Cum ígítur reprehendat ſeptuagínta, vídetur dicẽdum, vel tralatíonem noſtram non eſſe Ieronymí, aut male traduxíſſe. Quíd plura? tam ín líbro íllo quam alíís nonnullís locís patet Ioronymum ſæpe dícere alíter haberí ín hebræo, quam ín vulgata Bíblía legatur. Igítur aut noſtra tralatío non eſt ípſíus Ieronymí, aut certe decenter ac fideliter ex hebręo non traduxít. ¶ Híc ſupponenda ſunt nonnulla proclariorí íntellígentía dícendorũ ímprímís tralatíonẽ vníus línguæ ín alíam trífaríam fíerí poſſe, ſcílícet aut verbũ e verbo, aut ſenſum e ſenſu exprímendo, aut certe ex vtroq; cõmixtũ, & medíe tẽperatum genus tralatíonís faciendo. Primũ genus tralatíonís ínterdum facile, interdũ vero difficile eſt obſeruare. Etenim hyperbatorum

anfractus díſſimílitudínes caſuum, varietates fígurarum, & denícq; proprietas línguæ, quæ vertenda eſt, quandocq; efficiunt, ne verbum verbo reddí queat. Ad ſecũdum vero genus tralatíonís exígitur nõ ſolũ perítia línguarũ, ſed etiã íntelligentia eorũ, quę vertenda ſunt. Alíoquí facile hallucinabitur ínterpres ípſe. Etenĩ ſi grãmatícotũ græce tum latíne ſcíentí, ſed philoſophiã ígnorantí dederís tranſferendum Platonẽ, Arıſtotelem, aut alíum quẽuís philoſophũ, quomodo precor decenter íd efficíet, quí ſenſum authorís non capít?

Itídem ſí Hyppocratem, vel Galenũ voluerít quíſpíam medícínæ ígnarus tranſferre, dubío procul facíllime ín multís a veritate díſcedet. Itaque obſeruandum ímprímís eſt, vt mens authorís quí interpretandus eſt plene íntellígatur. ¶ Sed pergamus ad alía. Et deínde ſupponamus tralatíonem, quæ fít primo modo, hoc eſt reddendo verbũ verbo, nec neceſſarĩa plerũq;, nec paſſím vírís doctís probatam quoq; eſſe. Nam ſacer Ieronymus multís locís, peculiariter vero ín líbro ad Pammachíum, de optimo genere ínterpretandí, líbera voce profitetur ín interpretatione græcorum abſq; ſcripturís ſanctís, vbí & verborũ ordo myſterium eſt, non verbũ e verbo, ſed ſenſum expreſiſſe de ſenſu. Et íta faciendum eſſe probat ímprímís authoritate Tulíí, quí tranſferendo græca quędã volumína multa prætermíſit, multa addídit, multaq; mutauít, vt ꝓprietatẽ alterius ydíomatís ſuę línguę proprietate explícaret. Itídẽ aít Terẽtíũ, Plautũ, ac Cecílíũ veteres comícos ínterpretes, verbís non ínhęſiſſe. ſed íllud obſeruaſſe quod poſtmodũ Oratius ín arte poetica erudíto ínterpretí præcepít, nec verbũ verbo curabís reddere fídus ínterpes. Poſtea ſubíungít Ieronymus nõ ſolũ Ethnícos, ſeculareſque authores, ſed etíam catholícos íllud obſeruaſſe. Síquídem Hílarius, vt aít, quædã græca tranſferendo ín latínum, non accedít líterę dormiẽtí nec putída ruſtícorum ínterpretatíone ſe torſít, ſed quaſi captíuos ſenſuſ ín ſuam línguam victoris íure trãſpoſuit. Addít & ſeptuagínta ínterpretes & apoſtolos quoque ac euangelíſtas ídem ín ſacrís voluminíbus feciſſe. Itidẽ ín epíſtola ad ſummiã & fretetelã ſatís oſtendit de verbís. & parũ & níhil curandũ ín tralatíõe modo nulla fíat ſenſus mutatío. Síc enim aít. Et quęſo vos vt huíuſmodí íneptías & ſuperfluas contentíones, vbí nulla eſt ſenſus mutatío, declínetís, quod & longo pulchroque tractu proſequítur. Porro ſupponendum multas ob cauſas ínterpretem non exprímere verbũ deverbo, nec ordínem quoq; verborũ ſeruare. Imprímís enim hoc fít propter venuſtatem, ac decorẽ tralatíonís, quod & Ieronymus oſtendit prędato ín líbro cũ aít. Quãta eñ apud Gręcos bñdícuntur, quę ſí ad verbũ trãſferamus ín latíno nõ reſonant. Et e regíone quę apud nos placent ſí

vertãtur iuxta ordinẽ,apud illos diſplicebũt,& in epiſtola ad Summiam & Fretetelã,hunc in modũ infit. Et ſciẽdum quod ſi voluerimus dicere,Dñe quis incolet tabernaculum tuum,vel illud de quinto,neq; incolet iuxta te malignus perdemus euphoniã. Et dum interpretationis proprietatem inſequimur,omnem decorem tralationis amittimus. Et hanc eſſe regulam boni interpretis,vt ydioma alterius linguę,ſuę linguæ exprimat proprietate. Deinde nõ exprimitur in tralatione verbum de verbo quandoq; propter abſurditatem, quæ propterea contingeret,euitandam,quẽadmodum patet ex præfaciuncula in librum vitę beati Anthonii,quæ ſic habet. Ex alia in aliam linguã,expreſſa adverbum tralatio ſenſum operit,& veluti le to gramine ſata ſtrangulat,dum enim caſibus & figuris ſeruit oratio quod breui poterat iudicare ſermõe,longo ambitu circũacta vix explicat. Interdum quoque hoc efficitur propter ſermonis conſequentiam,quod ex Ieronimo probatur,in ſupradicta epiſtola ad ſummiã & fretetelã,in qua de interpretatione Pſalmiſtæ diſſereus, ſic ait in nonageſimo. Dicet domino ſuſceptor meus es tu, & dicitis quod in græco es non habetur. Ego vobis amplius dicam quod apud Hebręos,nec es habeatur nec tu. Sed apud ſeptuaginta,& apud latinos propter concinnitate & verborum conſequentia poſitum ſit. ¶Nonnunq; etiam fieri ſolet propter conformitatem cum aliis qui antea interpretati ſunt,preſertim quando authoritatem habent,& paſſim ſunt recepti. Talibus em̃ aliquando accedendũ eſt,vbi potiſſimum veritati nullum ſit præiudiciũ. Hoc enim Ieronymum aliqñ feciſſe, ſua ſcripta indicant. Indicant inquam eum aliquando ſecus dixiſſe,quam in hebræo haberetur,vt ſcilicet ſeptuaginta interpretũ tralationi conſentiret,maxime in his quibus non multũ ab hebręo diſſentiebãt. ¶Hoc etiã obſeruare cogit neceſſitas qñ ſcilicet vl̃ decẽter,vel omnino non poteſt ad verbũ tranſferri. Significatũ eſt,ait Ieronymus præfato libro ad Pãmachium aliquid vnius verbi proprietate. Non habeo meũ,quo id efferã,& dum quęro implere ſententiã longo ambitu vix breuis viæ ſpatia cõſumo. Et ſubdit. Quod ſi cui non videtur linguę gratiã in interpretatione mutare, Homerum ad verbũ exprimat in latinũ. Plus aliquid dicã eundẽ ſua in lingua proſe verbis interpretetur,videbit ridiculum,& poetã eloquentiſſimũ vix loquentẽ. Idẽ quoq; oſtendit ſuper Geneſim,cũ ait. Frequenter ſeptuaginta interpretes non valentes heth,literã,quę duplicẽ aſpirationẽ ſonat in græcũ ſermonẽ vertere. Chi græcã literam addiderunt,vt & nos docerẽt iſtiuſmodi vocabula aſpirare debere. Itaque Ieronymus aliqñ coactus eſt nõverbũ de verbo,ſed ſenſum de ſenſu trãſferre. Aſſentitur & Ambroſius ſermone.xii. in pſalmũ. cxviii.

dicens hoc pacto. Non poſſumus in omnibus vim græci ſermonis exprimere,maior in græco plerũq; vis & põpa ſermonis eſt. His cõſentiens Auguſtinus ſecundo libro de doctrina chriſtiana, oſtendit quædã non poſſe tranſferri proprietate ſermonis obſeruata,cũ hunc in modum inquit. Nã non ſolum verba ſingula, ſed etiã locutiones ſæpe tranſferuntur,quę omnino in latinę linguæ vſum,ſi quis conſuetudinem veterum,qui latine locuti ſunt tenere voluerit, tanſire non poſſunt. ¶Denique quod nõ exprimatur verbum de verbo in tralatione interdum fit authoritate ſpiritus ſancti,præſertim ſacris in literis,in quibus multa de veteri teſtamento aſſumpta leguntur, quę aliter poſita ſunt in nouo q̃ haberentur in ſeptuaginta interpretibus,vel in hebraica veritate. Hoc enĩ fecit authoritas diuini ſpiritus,qui ita per apoſtolos & euangeliſtas interpretari voluit. Eſt tamen in tralatione diuinarum literarum peculiariter obſeruandũ,vt quantũ fieri poteſt ſeruata integritate ſenſus, tranſferatur verbũ de verbo. Siquidẽ in eis & verba ipſa & ordo quoque ac connexio verborum plerunq; myſteria quædã habent. Itaque ſi ſolũ de ſentẽtiis curaretur,multa perderentur myſteria in tralatione. Quibus aũt in locis hoc ſit obſeruandum,potius diuino quam humano ſpiritu cognoſci poteſt. Quamobrem conficitur neminem eſſe aptũ ad tralationem ſacrarum literarũ faciendã,niſi qui diuinitus ad hoc delectus ſit,quod de Ieronymo paſſim creditur, quẽadmodũ dicetur in ſequentibus. ¶His itaque ſuppoſitis reſpondeamus ad ea quę obiecta ſunt,dicamuſque imprimis Ieronymum in libro hebraicarum quęſtionum ſup Geneſim,non diſcutere traductionẽ illã quã de hebręo fecit,& quę noſtris in Bibliis habetur,ſed tralationem ſeptuagĩta interpretum,ſeu vulgatã editionem. Necdum enim forte illam quam ex hebræo fecerat interpretationẽ ad vnguẽ diſcuſſerat, nec coronidem,vt aiunt,illi adhibuerat. Si enim hoc feciſſet,eam (opinor) inſeruiſſet,ſimulque eum veteri tralatione diſſeruiſſet, quẽadmodum fecit in prophetis. Deinde dicamus Ieronymum ipſum q̃uis in illa tralatione quã ex hebræo vertit in latinum,pauca quędã aliter quantũ ad verba quã in hebręo habebatur poſuerit, quemadmodum ex prefatis quę obiecta ſunt,liquido cõſtat. Hoc tamen nõ temere feciſſe credendus eſt. Siquidẽ hoc feciſſe putatur aliqua prędictarũ cauſarũ,quę pauloante dictę ſunt,maxime vero ſpirituſſancti authoritate,qui voluit eũ quibuſdã in locis cũ aliis interpretibus conſentire,in quibus ſcilicet obſeruauerant ſenſum, ex ipſo ſpiritu prędipue intentũ,& ab hebraico parũ diſſonabant. Sed dicis in ſacrarũ literarũ interpretatione opus eſſe nõ ſolũ ſenſum e ſenſu, ſed etiã verbũ exprimere de verbo,debuit igitur Ieronymus ad vnguẽ

ſectari hebraícam veritatem,etiam quantum ad verba pertínet. Fateamur quídem id obſeruandum eſſe,quando opus eſt,id eſt quã do verba ípſa ſeu verborum cõtextus alíquid myſterii complectun tur,& ſenſui ſcripturæ conducit. Hoc enim Ieronymum obſeruaſ= ſe hactenus a catholícis víris creditum eſt. In alíis vero ſeruata ín= tegrítate ſenſus poteſt rarionabíli cauſa ſuggerente alíter,quantum ad verba tranſferri,quam ín prothotípo habeatur. At percontaris cur nam ín tralatíone poſuit Ieronymus ea ípſa quę in cõmẽtariís ſuper Geneſim,quodam modo vellicarat,& ab hebraíco díſſentíre notauerat? Reſpondetur Ieronymum ſuis commentariís humano ſpíritu ac eruditíone feciſſe,aut certe non ſemper & vbique ín eís di uino ſpíritu fuiſſe locutum. Sed díuinam ſcripturã non tantum hu mano more,ſed etiam díuina peculiaríque íllustratíone vbíque tra duxiſſe. Proínde ſuis ín cõmentariís díxit frequenter quæ nouerat, vt doctus homo,ſed ín tralatíone poſuit ſemper, vt vír díuinus quæ peculíaris ſpũs ſãcti gratía eí ſuggerebat. Sed de hís poſtea vberius.

¶ Capíte nono afferuntur obiectíones alię ex Nícolao Lyrano alí íſque recentíoribus,quę contra communem veteris teſtamentí tra latíonem obíící ſolent,quod ſcílícet nõ ſit decenter ac fídelíter a Ie ronymo effecta,quíbus & reſpondetur.

Nícolaus Lyranus

Aeterum obiectíones alías afferamus, qbus ex alíorum authorum ſcríptis cõfící poſſe vídetur tralatíonem veteris ínſtrumentí nõ eſſe fideli= ter decenterque effectam,& propterea Ieryny= mí non eſſe. Sí enim vír ille eximius eam feciſ ſet,dubio procul decentíſſime fuiſſet effecta. Et primum quídem afferamus Nicolaum Lírá num ſacræ ſcripturę poſtíllatorem (ſic enĩ noſtrí loquũ) turquí mul tís ín locís aſſerít alíter haberí ín hebręo quam in noſtra tralatíone e quíbus nonnulla proferamus oportet. Geneſis enim ſecũdo capí te,vbí ín noſtra tralatíone habetur bdellíum,refert Líranus ípſe He bræos dícere críſtallum. Itaq; ſecundum eum bdellíum pro críſtal= lo poſítum eſt. Deínde capíte vícesímoprímo,vbí dícitur ín Bíblía noſtr a. Cumque vídiſſet Sarra fílíum Agar ægyptíæ ludentem cum Iſaac fílío ſuo &c. Dícít Líranus ín hebręo tm̃ haberí ludentẽ, & quod ſequítur non eſſe de textu. Addít & ſíbí víderí ęquíuocatio nemhuíus dictíonís meſſahet noſtram tralatíonem ígnoraſſe, vel eam non reputaſſe. Item capíte vícesímoquínto,vbí nos habemus, Abraham mortuus eſt, aít Líranus ín hebræo non haberí,mortuus

eſt,ſed tranſíít. Et paulopoſt, vbí de Iſmael dícítur,coram cunctís fratríbus ſuís obíít,dícít Líranus ín hebręo haberí Nephíl, quod ſí= gnificat cecidít, ſeu tentorizauit,vel tẽtorium fixit. Item capíte vi cesímoſeptímo,vbí dícítur,venít germanus tuus fraudulenter,aſſe= rít Líranus hebræos dícere prouidenter, & dictíonem ęquíuocam íbí poſítam,quæ ínterdum capítur pro dolo,ínterdum pro prouidẽ= tía,& hoc ín loco capí debere pro prudentí cautela. Itídem capítulo tricesímo,vbí Rachel aít,comparauít me domínus cum ſorore mea dícít ín hebræo haberí,additíone deí ad díta ſum cum ſorore mea. Item capíte tricesímotertío, vbí nos habemus,emítque partẽ agrí, ín qua fíxerat tabernacula a fílíís Emor patrís Sichẽ centum agnís, ponít Líranus ſecundum hebræos dící centum obolís. Et rurſus ca= píte tricesímoſeptímo,vbí habetur Ioſeph cum eſſet ſedecím anno rum,dícít Líranus haberí ín hebrę o,cum eſſet decem & ſeptem an norum. Símilíter capíte quadrageſímoſeptímo,íbí dícít noſtra tra latío quod Ioſeph ſubiecít terram Pharaoní,aít Líranus ín hebræo haberí,fecít tranſíre populũ,& íta tralator noſter,vt ínquít,propter ſímílítudínem líterarum ín fígura alíam pro alía cœpít.

¶ Sed tranſeamus ad Exodum,de quo vel pauca afferamus, vbí eũ habemus duodecímo capíte,faſcículum que yſopí tíngite ſanguíne quí eſt ín límíne,dícít Líranus haberí ín bacíno,quí eſt vas,ínquít, argenteum, quo recípítur ſanguís agní ímmolatí. Item capíte vice ſímoſecundo,vbí habemus. nec vſurís opprímes,habet hebraícum nec morſum pones ſuper eum. Símílíter capíte vícesímoquíto, vbí pelles íacíntínas habemus,hebraícum habet pelles taxorũ. Et poſt ea vbí habemus ſperulas ac lílía,ín hebræo habeẽ pomelus & flos, nec ex textu habetur cuíus generís flos fuerít. Inſuper capíte vícesí= moſeptímo, vbí agítur de altarí, noſtra tralatío ponít forcípes atq; fuſcínulas,& tamẽ Hebręí dícunt bacínos,ſcílícet ad recípiendum ſanguínem, At vero ínter forcípes & bacínos multũ eſt díſcrímen. Porro vbí agítur de víndícta Moyſí ín populum capíte tricesímoſe= cundo,& habemus,ceciderũtque ín íllа díe quaſi vígíntítría mília homínum,habetur ín hebręo tría mília. Quíd plura? ex poſtílla ip ſíus Lírani poſſunt colligí ínfínítę propemodum díſſonantíæ, quí= bus noſtra tralatío,vt aít ípſe,ab hebraíco díſſentít.

¶ Et ne ſolus Líranus vídeatur noſtram carpere tralatíonem, pro= feratur armacanus quí dícít ín hebræo haberí: Ego occídar & per= cutíar,ſcílícet ín paſſíuo,vbí nos habemus,ego occídam & ego ví= uere faciam, percutíam & ego ſanabo, Deuteronomíí tricesímoſe= cundo. Et hoc dícít ſe a quodam Hebræo peritíſſímo accepíſſe, quí aſſerebat íta eſſe ín líbro legís Moyſaícæ, propría manu Eſdræ

scripto,qui & bononię in domo fratrum prędicatorum seruabatur. ¶Denique Paulus Burgensis interdum dissentit a nostra tralatiõe. nam in hebręo dixit haberi escam,vbi nos habemus viduam, scilicet psalmo centesimo tricesimosecũdo,vbi dicitur viduam eius benedicens benedicã. Possent alia q̃plurima proferri in mediũ. Sed hęc satis sunt,nam ex eorũ dissolutione cætera facile dilui poterũt.

Lirani ad Ieronimum comparatio

¶Respondeamus igitur imprimis Lirano,& dicamus nullã fidem esse in hac parte ei tribuendã. Imprimis nullus meo iudicio prudẽs censebit esse Lirano credendũ contra Ieronymum literarum principem plane mirabilem. Quid em̃ precor est Liranus ad Ieronymũ ipsum,nisi quod pigmeus ad gygantẽ,& noctua ad aquilã? Cũ igit Ieronymus ea posuerit quæ in tralatione nostræ Bibliæ habentur, quẽadmodum superius dilucidi de probatum est,nullo modo est Lirano aliter dicenti assentiendũ. ¶Deinde non est verisimile Liranũ ipsum literas hebraicas caluisse. Quomodo em̃ credibile est eũ ipsum linguã peregrinã & anhelantia stridentiaq; verba nouisse, qui nec propria quidẽ,hoc est latinã linguam satis cõpertã habuit. Nõ enim cõpertã habuisse scriptorum eius indicat crassa barbaries.

Itaq; potius videtur imbutus fuisse a quibusdã Iudęis non satis peritis,aut hebraicã veritatẽ nõ habentibus,aut certe p̃ inuidiã seu malitiã aliter dicẽtibus,q̃ in hebręo haberetur,vt per eum ecclesię dei calumniarentur,& tralatione quoq; cõmunẽ redderent suspectam. Sed pone eum aliquã hebraici sermonis habuisse peritiã, nunquid dices vel maiorẽ,vel æqualẽ Ieronymo? nunquid & tantã putabis eum adhibuisse in tralationibus discutiendis diligentiã? plane ridiculum. Nõ em̃ solum verba, sed ipsas quoq; literas & apices Ieronymus ipse improbo labore ventilauit,& aliorum tralationes diligentissime disseruit,excussit examinauit,quemadmodum eius scripta testantur. ¶Ad hęc tempore Ieronymi necdum hebręa volumina falsata seu deprauata erant,quę tñ Lirani temporibus iam corrupta fuisse putãtur. Igitur potius credẽdum est sacro fidelię Ieronymo,q̃ hebręas literas adhuc integras habuit,quam Lirano qui corruptas. Quod em̃ tẽpore Ieronymi necdum essent falsata volumia hebręa, ipsemet testat in suis cõmentariis super Esaiã, quos iam decrepitus post tralationẽ Bibliæ fecit. Sic enĩ ait libro tertio. Quod si aliquis dixerit hebręos libros postea a Iudęis esse falsatos,audiat Origenem quid in octauo volumine explanationum Esaię huic respondeat quę stiunculæ,quod nunquã dñs & apostoli,qui cætera crimina arguũt in scribis & pharisęis de hoc crimĩe quod erat maximũ,reticuissent Sinaũt dixerit post aduentũ dñi saluatoris & prędicationem apostolorum libros hebræos fuisse falsatos,cachinum tenere non potero.

Itidem Ieronymus ipse in epistola quadam ad Marcellam ait se cũ voluminibus Hebræorum editionem Aquilę contulisse,ne quid forsitan propter odium Christi synagoga mutasset,& plura se reperisse,quæ ad fidem nostram roborandam pertinerent. Ex his enim satis constat vetus testamentum Ieronymi tempore, necdum falsatũ fuisse. ¶Cui sententiæ,& diuus Augustinus,qui tempore Ieronymi vixit,licet minor natu esset,plane assẽtitur. Enimuero decimoquinto de ciuitate dei,tractans illam dissonãtiam,quę reperiebatur inter septuaginta interpretes,& hebraica volumia,in dinumeratione annorũ ante diluuium, dicit nullum prudentem debere credere Iudęis tam longe lateque dispersis conuenisse atque conspirasse in corruptione suorum voluminum,vt scilicet dum aliis inuiderẽt scripturæ veritatem,ipsi se veritate priuarent. Ridiculum igitur est Lyrani deliramentum,quo fingit hebręa volumina fuisse corrupta antequam fieret nostra tralatio. Siquidem Ieronymus ipse iam traduxerat de hebraico in latinum,antequam explanationem in Esaiam meditaretur. Dicit enĩ in libro de viris illustribus,se vetus testamẽtum iuxta hebraicum traduxisse. At vero liber ille ante commentarios in Esaiam,a Ieronymo factus fuisse nõ dubitatur. ¶Sed forte te mouebunt Ieronymi verba,tertio capite ad Galathas,libro secũdo,ita dicentis. Ex quo intelligimus apostolũ,vt in cæteris sensum magis posuisse testimonii,quam verba. Et incertum habemus vtrũ septuaginta interpretes addiderint omnis homo & in omnibus,an in veteri hebraico ita fuerit,& postea a Iudęis deletum sit. Et paulo post,frustra igitur illud tulerunt Iudęi,ne viderentur esse sub maledicto,si non possent omnia complere,quę scripta sunt. Ex his enim verbis videtur dicere Ieronymus Iudęos iam hebraica volumina in aliquibus corrupisse. Respondetur his quę ex cõmentariis in Esayã deprõpta sunt,potius esse credendum,quod hic loquitur dubitatiue ibi vero assertiue. Adde quod ea quę posterius dicta sunt, cęteris paribus sunt præferenda his quæ antea dicta fuerant. At vero cõmentarios in epistolas paulinas,cum adhuc florentis ætatis esset,confluit,cõmentarios vero in Esaiam,cũ iã decrepitę,& vltimę ętatis foret,quemadmodum ipsemet testatur. ¶Sed ad institutum reuertamur dicentes nõ esse credendũ Lyrano in his quibus nostrã pręsumpsit tralationẽ vellicare,quod & cõficitur ex Paulo Burgẽsi, qui multas ipsius Lirani ineptias,quibus nostrã ausus est tralationẽ cõuellere fortiter iprobat. Denicq; ex aperta eorũ q̃ Liranus ipse in nostrã tralationẽ deprompsit,dissolutione cõficitur nullã prorsus fidem in hac parte ei tribuẽdã esse. ¶Quod em̃ iprimis dicit cristallũ haberi apud Hebræos, vbi nostra tralatio bdelliũ habet. Rñdet apud co

díces corruptos, quíbus vſus eſt Lyranus forte íta reperíri, ſed apud hebraícam verítatem míníme, quod ex Ieronymo palam eſt, quí eo ín loco ſíc aít. Pro carbunculo & lapíde praſíno bdelió & onix, tranſtulerunt. Vídes vt nullus penítus tralatorum ſít criſtallum ínterpretatus. Et quomodo veriſímile eſt nullum ínterpretem hoc díxiſſe? quomodo credíbile eſt Ieronymū tacuiſſe, ſí res alíter habuiſſet. Patet ígítur íneptum eſſe hoc Lyraní nugamētū. Deínde quod dícít ín hebræo haberí ludentē duntaxat, hoc poteſt admítti de ſuo codíce hebręo díminuto, & decurtato, ſed ínficíamur de vero & íntegro, quem Ieronymus habuít. Sed & cū meſſahet ſít dictío æquí uoca ſecundum eum, cur alías vult tranſferre quam habeatur ín noſtra tralatione? Adde ſecundum Burgenſem íllā dictíonem plerunque ſígnificare rídentē, ínterdum derrídentem, alíquando gaudentem nonnunquam vero ludentem, ſed nunquam ſígnificare ídolatrantem, occídentem aut laſcíuientem, & ſíue verū ſít quod aít Burgenſís, ſíue falſum, tamen dubiū eſſe nō debet, quí traductor noſter íd eſt Ieronymus ſane fuerít ínterpretatus. ¶Quod autem neſcío quís replícator íneptus volēs tuerí partes ſuí poſtílatorís, vt aſſolet, nítítur ín oppoſítū, plane rídículum, quaſí vero Ieronymus fuerít ſí bíípſí cōtrarius. Fateor íuterdum ludere ínterpretarí ſolere, a catholícís doctoribus pro ídolatrare, ſed ex hoc míníme ſequítur quī tralatío noſtra appoſíte facta ſít. Cū ígít ín cęterís vídebís íllū replícatorem ſuum tuerí Lyranum velut quendā appollínem, animaduerte prudenter quæ dícantur, & tandem deprehendes multas eum nugas, multaque ínepta alíquando effutíre. Sed relíqua proſequamur. ¶Quod ſubínde aít Lyranus tralatorem noſtrum ígnoraſſe ęquíuocatíonem íllíus dictíonís, vel non reputaſſe, delíramentum hoc plane peruerſum eſt, quo Ieronymus tralator noſter arguít, vel ígnorantíæ, vel neglígentíæ. Vtrunque ením a víro tam ſacro, tanque ímpenſe docto, ac prodígoíſę dílígentíę víro prorſus alíenum eſt, & propterea ab omní pectore catholíco fun ditus reíícíendum, præſertím cum hoc modo reddatur Bíblía noſtra ſuſpecta, quod profecto efficere nepharíum eſt. Poſtea quod aít Lyranus ín hebræo non haberí Abrahā mortuū eſſe, ſed tranſííſſe, aperte falſū eſſe cōſtat tā ex ſeptuagínta ínterpretíbus, quā ex Ieronymo, quí eo ínloco ínterpretatí ſunt, Et mortuus eſt Abrahā, Sed &ī íp̄ís cōmētaríís ípſe Ieronymus dícít hoc pacto. In græcís codicíbus ponít plenus díerū. Quod cū ſenſum vídeatur exponere, eo quod luce & díeí operíbus plenus occubuerít, tamē magís ad anagogē facít ſí ſímplícíter ponatur plenus. Ergo deluſus eſt Lyranus non ínterpres noſter. Quod vero de Iſmaele dícít, vbí nos habemus obíít ín hebręo haberí tētoríū fixít

plane rídículum. Cum ením pauloante ſcríptura dícat de ípſo Iſmaele, & deficíens mortuus eſt, & appoſítus ad populum ſuum, quís non vídeat abſurdum ſí modo ípſa ſcríptura díceret coram cunctís fratríbus ſuís tentorium fíxít, ne barbare cum Lírano dícam tentorízauít. Quem obſecro vídít Líranus poſt ſuprema fata tentorium fixíſſe? Igítur noſtra tralatío ſane ínterpretata eſt, quod & Burgenſís confírmat, cū aít ín hebręo non haberí tranſíít, ſed deficens mortuus eſt. Deníque hoc ex Ieronímo cōprobatur aperte quí ín ípſo capíte vicelímoquínto, hūc ín modum aít. Quod autem ín extremo huíus capítulí íuxta ſeptuagínta legímus contra faciem omnīū fratrum ſuorum habítauít, verius eſt íllud quod nos poſuímus, coram omnibus fratríbus ſuís occubuít, íd eſt ín manibus omnium filiorū ſuorū mortuus eſt, ſuperſtítíbus líberís, & nullo príus morte prærepto. Nonne potíus credendum Ieronímo, q̄ Lírano? Equídem plus Ieronímo q̄ decem Líranís credíderím. Cum ígítur Ieronímus íd aſſerat quod ín ſua, hoc eſt noſtra tralatíone poſítum eſt, palam eſt Líranum híc grauíter deliraſſe. ¶Sed pergamus ad alía. Dícít Líranus vbí nos habemus fraudulenter, Hebræos dícere prudenter. Et nos dícímus non fuíſſe magnæ prudentíæ Lírano a noſtra tralatíone díſſentíre. Imprímís ením Burgenſís aít dictíonē hebraícam íbí poſítam non eſſe equíuocā, nihílque alíud ſígnificare, q̄ dolum, vel fraudem, ac propterea tralatíonē noſtrā ſanā eſſe. Deínde quod maíorís eſt ponderís, nullus veterum ínterpretum tranſtulít alíter quā ín noſtra Bíblía habeatur. Síquídem Ieronímus nullam díſſonātíā (vt aſſolet) eo ín loco refert, nec vllam mouet difficultatem.

At vero credíbile non eſt eum tacuíſſe, ſí alíquíd vel díſſonātíę, vel ambíguítatís deprehendíſſet. Cōfícítur ítaque ex ſílentío huíuſmodí omnes ſímílíter traduxíſſe. Adde quod ex commentaríís ípſíus Ieronímí conſtat fraudulenter eſſe dícendum. Síç ením aít íbídem. Iacob ſupplantator ínterpretatur, ab eo ígítur quod fratrem arte deceperít, alluſít ad nomen. Nullum ígítur habet momentum, quod aít Líranus. Poſtmodum, vbí nos habemus, comparauít me dominus cū ſorore mea, dícít Lyranus ín hebræo haberí. Additíone deí addíta ſum cum ſorore mea. Verum hoc loco dícít Burgenſís níhíl haberí ín hebręo, quod additíonem ſonet, ſed magís cōtrouerſíam, vel contentíonem. Et níhílomínus nec Lyrano, nec Burgenſí nunc concedendum cenſeo, quādoquídem vterque hallucínatus eſt, cum ex Ieronymo conſtet níhíl híc eſſe, quod vel additíonem vel contentíonem reſonet. Etením cum ſeptuagínta interpretes ſíc ínterpretatí fuíſſent. Et díxít Rachel habítare me fecít deus habítatíone cum ſorore mea, & ínualuí. Et vocauít nomen eíus Napthalí, aít

Ieronymus cauſa nominis Napthali alia hic multo exponitur quã in libro hebręorum nominum ſcripta eſt. Et ſubdit. Vnde a conuerſione,ſiue a comparatione,ſiue cõuerſatione,hoc eſt Napthali filio nomen impoſuit. Et in ipſo libro hebraicorum nominum,hoc modo inquit. Napthalin habitatio vel comparatio,ſiue cõuertens eos, aut latitudo eorum. Et rurſus Nepthalin,implicatio vel conuerſatio,ſiue dilatauit me,aut dilatatio mea. Quibus animaduerſis patet Lyranum,& Burgẽſem hic erraſſe,& noſtræ tralationi fidem potius eſſe tribuendam. ¶Sed tangamus alia. Dicit Lyranus centum oblis eſſe in hebręo,vbi habemus centum agnis. Cum loquatur diſiunctiue dicens,vel dictio quæ in hebręo habetur eſt equiuoca conficitur eum parum erudítum fuiſſe in lingua hebraica. vtpote, qui diſcernere non potuit,an dictio equiuoca foret. Quapropter debuit potius noſtrę tralationi plane aſſentire,quã vacillationis argumentum vel ſuſcipere,vel præbere. Quo ad ætatem Ioſeph,ipſemet Lyranus nodum diſſoluit. Ait enim tralationem noſtram computare duntaxat annos integros Ioſeph. Et hebræos dicẽtes Ioſeph habuiſſe ſeptem & decem annos eſſe, intelligẽdos de annis nondum completis. An verum ſit quod ait ipſe,viderit. Noſtræ tamen tralationi ſemper adherendum eſt,quandoquidem fatuum eſſet propter huiuſcemodi deliramenta,a veritate iãpridem recepta,& tot ſeculis approbata recedere. Igitur ei ſemper & in omnibus eſt innitendum.

Sed pergamus in cœpto,cũ dicit,noſtra tralatio de Ioſeph ſubiecit terram Pharaoni,hoc plane acceptandum,nec acquieſcendũ dicto Lyrani,qui cũ ſuis Hebræis ſomniare videtur. Putas ne Ieronymus hic tacuiſſet,ſi tanta fuiſſet diſſonantia? Sed & quomodo hyſtorici prætermiſiſſent illam,quã fingit Lyranus ægyptiaci populi de loco ad locũ tralationem? Res enim illa relatu digna fuiſſet. Et profecto non putatur Ioſeph tantæ inhumanitatis fuiſſe, vt populũ fame confectum de illa terræ plaga ad aliam tranſire compulerit.

Nonne poterat alias ius Pharaoni confirmare? Ita ſane. Hoc igitur dictum videtur a duris Iudæis excogitatum. ¶Quãtum vero ad ea quę de Exodo deprõpta ſunt,dicit imprimis ipſe Lyranus bacinum fuiſſe prope limen oſtii,quando ſcilicet aſperſio fieri debebat, ideo forſan noſtrum tralatorem poſuiſſe limen pro bacino, dicit & per morſum intelligi vſuram. Verum hæc ab eo dicta ſunt ſine probatione,igitur qua facilitate ab eo dicuntur,eadem & a nobis contemnuntur. Fortaſſe a Iudæis quos conſuluit aliquid apparenter verum excogitatum eſt,vt noſtrę Bibliæ illuderent. De pellibus vero taxorum nihil curandum eſt,cum Lyranus recitatiue loquatur,referens quendam rabi,cui ſi quis plus crediderit quam Ieronymo, prorſus

inſaniet,præſertim cum Ioſephus interpretetur pelles iacintinas, id eſt tali colore tinctas. Et potuit fieri vt eſſent pelles taxorum tali colore tinctæ. Et quantum ad lilia ſequitur Beda tralationem noſtrã,quem & refert gloſa ordinaria. Sequitur & ipſe Beda quo ad forcipes dicens,myſtice intelligi prędicatores,qui ignem charitatis in nobis accendere ſolent. At plus Bedę cęteriſq; expoſitoribus, quam Lyrano credendum eſt. De numero autem occiſorum per Moyſen & leuitas,ipſemet Lyranus concordat dicens,in hebręo duntaxat illos numerari,qui pręcipui fuerant in trãſgreſſione,& alios ad peccandum induxerãt. ſed tralationem noſtram omnes numerare qui fuerant occiſi. At nihilominus magis crediderim codicem hebraicum, quem vidit Lyranus corruptum fuiſſe. Denique (vt finẽ faciam) quo ad locos alios pene innumeros quibus in ſua poſtilla noſtrã nititur Lyrenſis ipſe tralationem vellicare, nihil reſpondere opus eſt. Satis enim ex prædictis patet reſponſio. Siquidem multas cauſas adduximus,quæ conficiunt nullo modo eſſe credẽdum Lyrano contra tralationem noſtram. Denique cum peculiariter oſtenderimus ex locis nonnullis iam ſatis diſcuſſis eum prorſus deſipere ex quibus & alia id genus diſſolui facile poſſunt, conficiendum eſt ei credendum non eſſe,quando noſtræ tralationi reluctatur.

Quid igitur reliquum eſt,niſi dicere eum, & leuiter & imprudenter fuiſſe locutum,cum certo certius ſit traductionem quam habemus & a Ieronymo decentiſſime confectam, & ab eccleſia probatam,nullo prorſus in loco,vel falſam vel ſuſpectam eſſe. Qui aliter ſentit penitus inſanit.

¶Ergo mi lector dum Lyranum videris tralationem Ieronymi, id eſt eam, quæ in Biblia communi paſſim habetur carpere, dicas eum veſanire, dicas,& eum veritatem hebraicam, integram, atque incorruptam, nunquam vidiſſe. Et eſto hebraicum ſuo tempore fuiſſet inuiolatum, eum nihilominus, vel literas hebraicas non ſatis caluiſſe, aut certe Iudæos, quos habuit eruditores,veritatem hebraicam vel nõ habuiſſe,vel certe celaſſe. Quid plura? Si diuiſiones non feciſſet tam faſtidioſas, vt interim de barbarie taceam,ſi iudaicis opinionibus,ne dicam figmentis non ita conceſſiſſet. Si a ſententiis catholicorum doctorum, præſertim probatorum,antiquorumque nõ diſceſſiſſet. Si denique quod vel omnium grauiſſimum eſt, tralationem Bibliæ noſtræ non vellicaſſet,dubio procul maior & fides & reuerentia commentariis eius tribueretur. Neq; vero hæc dixerim quod Lyranum ipſũ qui meo tempore non vixit,nec mihi quoque obfuit vnquam dam

nandum putem,nec a lectura quoque eius quempiam dimoueam. Est enim vtilis si modo decenter capiatur. Sed vt tralationem nostram prorsus diuinam tuear pro viribus,& omnes in cōmuni moneam,ne huiusmodi deliramentis persuasi a veritate abducantur.

¶Iam vero expedito Lyrano respondeamus breuiter ad obiectionem quę ex Armacano deprōpta est,& dicamus nullo modo credēdum esse illi Iudęo quem allegat ipse Armacanus,vtpote qui vel literas hebręas ignorauit,vel illudere christianis (vt assolent Iudæi) voluit. Nullus enim catholicorū hęsitauit quin ita esset in hebræo sicut in nostra Biblia habetur. Etenim vt cæteros reticeam vetustissimus Origenes hebraicæ linguæ peritissimus ita citat in homylia decima sexta,in Lucam quemadmodum & nos habemus in Biblia nostra. Siquidem carpens hereticos deum calumniantes, hoc pacto inquit. Aiunt enim. Ecce deus legis & prophetarum videte qualis sit. Ego,inquit,occidam & viuere faciam, percutiam, & ego sanabo,& non est qui eruat de manibus meis. Audiunt occidam,& non audiunt viuificabo,audiunt percutiam,& audire contemnunt, & ego sanabo. Et postmodum loquitur deus,ego interficiam. Libēter habeo vt interficiat me deus. Quando enim vetus in me homo est & viuo adhuc quasi homo,cupio vt occidat in me deus veterem hominem,& viuificet me ex mortuis. Hæc Origenes.

¶Denique quantum ad Paulum Burgensem dicitur eum plane abiiciendum,nec vllam prorsus fidem ei tribuēdam in his,quibus a nostra tralatione dissentit. Et nihilominus ei vt homini dandam esse veniam,quoniam rarissime ab ipsa nostra tralatione dissonat, sed ei pene semper astipulatur.

¶Capite decimo excutitur an tralatio veteris testamenti per Ieronymum effecta sit diuina,atque autentica,cuius rei gratia imprimis depromuntur causæ,quę Ieronymum concitarunt ad faciendam veteris testamenti tralationem,ac deinde quibusdam ratiunculis respondetur,quibus confici videtur Ieronymum ipsum, diuinitus non transtulisse.

ADhuc veteris testamenti tralationem a Ieronymo factam excutientes scisciteмur, an diuinitus sit effecta,sitque probata atque autentica. Qua in re primum lectorem monemus ne putet hanc quæstionem prorsus eandem esse cum præcedente. Non enim consequens est si tralatio aliqua sit decenter ac fideliter effecta, eam continuo diuinitus factam autenticamque esse,verbigratia Tullius

quædam volumina græca decenter traduxisse putatur, qui tamen non putatur diuino spiritu afflatus hoc fecisse. Cum igitur duplex sit tralationis genus,vnum quidem quod humano spiritu ac erudítione efficitur. Alterum quod diuina fit inspiratione peculiarique gratia,nunc de secūdo agere nobis certum est. Et primum quidem videri potest Ieronymum vetus testamentum non traduxisse diuinitus,nec tralationem eius diuinam atque autenticam esse. Nihil enim diuinum,nihilque diuinitus effectum censeri debet, quod citra causam factum est. Factum inquam in sugillationem veterum interpretum ab ecclesia probatorum, quorum & authoritas maior putatur. Nihil inquam diuinum dici debet,quod patribus non solū probatum non est,sed etiam dissuasum, immo & reprehensum, & denique quod multa falsa atque absurda complectatur. At ita esse videtur de tralatione Ieronymi,quam de veteri testamento fecit. Non igitur effecta diuinitus censenda est. Porro quid mouit Ieronymum ad faciendam nouam ex hebræo tralationem? Nonne satis erant(ait aliquis)alię tralationes,& maxime ea quæ a septuaginta interpretibus effecta fuerat,& magno in precio habebatur? Cur igitur post septuaginta interpretari ausus est? Verum si diligenter omnia lustremus,profecto videbimus Ieronymum diuinitus traduxisse,nec temere hunc laborem obiuisse. ¶Imprimis enim hoc fecisse putatur,vt adderet ea quæ a septuaginta interpretibus de hebraica veritate prætermissa fuerant,& integrum veteris scripturę corpus efficeret. Et hanc causam quidem tangit ipse Ieronymus nonnullis in locis,maxime vero in prologo Iob,dicens hoc pacto, Audiant quapropter canes mei, idcirco in hoc voluisse laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certe scriptorum vicio deprauata,manifestiora nostra interpretatione fierent. Hæc Ieronymus. Qui & testatur veteri tralationi defuisse quamplurima. Testatur inquam multis in locis, maxime vero in prologo Genesis,in prologo Paralipomenon,in prologo Esdræ, in prologo Iob,in libro de optimo genere interpretandi. Adde quod multa defuisse etiam probatur ex Origene, qui interpretationi antiquæ addidit multa de Theodocionis editione, quæ in hebræo probat fuisse, & tralationi ipsorum septuaginta defuisse. Vt igitur Ieronymus ea suppleret,& vetus testamentum plenum atque integrum suis latinis traderet, nouam meditatus est tralationem.

¶Sed dicet aliquis,nōne sufficiebat alia tralatio,quam Ieronymus ipse antea de græco in latinum fecerat,& complexus fuerat, in ea ipsa quæ addita fuerant? Minime. saneqñquidē illa prima Ieronymi

mi tralatio diſticta erat per aſteriſcos & obelos, eamobrē faſtidio ſum fuiſſet latinis ſemper habere Bibliam talibus ſignis refertam. Adde quod tralatio illa ſic diſtincta nō ſatis autentica erat, quoniā Theodocion ille, ex cuius editione multa deprompta fuerant, & tra lationi veteri inſerta, hęreticus fuit, ac iudaizans, & propterea non prorſus ab oī ſuſpitione immunis. Vnde & Ieronymus ad Auguſti. ſcribens, hoc modo ait. Et miror quomō ſeptuaginta interpretū li bros legas, non puros, vt ab eis editi ſunt, ſed ab Origene emēdatos. ſiue corruptos per obelos, & aſteriſcos, & chriſtiani hoīs interpreta tiunculā nō ſequaris, præſertim cū ea quę addita ſunt, ex hoīs iudęi atq; blaſphemi poſt paſſionem Chriſti editione tranſtulerit. Vis a mator eſſe verus ſeptuaginta interpretum? non legas ea quæ ſub a ſteriſcis ſunt, īmo rade de voluminibus, vt veterū te fautorē probes. Quod ſi feceris oēs eccleſiarū bibliothecas dānare cogeris. Vix ēm vnus aut alter inuenietur liber, qui iſta nō habeat, hæc Ieronymus. Sed pergamus ad alia. ¶ Deinde Ieronymus īpe nouam tralationē facere voluit, quod interpretatio ipſorū ſeptuaginta, quæ & vulga tior & maioris authoritatis tū putabatur, in multis, & obſcura, & de prauata erat. Et hęc quidā cauſa ſatis cōſtat ex his, quæ pauloante dicta ſunt. Cōſtat quoque ex eis tralationem ipſorū ſeptuaginta in terpretum viciatam fuiſſe, quod & dilucide patet ex ipſius Ieronymi prologo in Paralipomenon, vt videre poteris. ¶ Porro Ieronymus ipſe nouam moliri tralationem voluit, vt Iudęis calūniantibus eccleſiam Chriſti, ac illudentibus, ſilentium imponeret. Et hāc qui dem cauſam tangit ipſe Ieronymus in prologo Eſaiæ, vbi ad Paulā & Euſtochium ſcribens, eaſque ſolicitans ad Chriſtum pro ſe oran dū, ſic ait. Petite vt p obtrectatione prętenti, qua me indeſinēter ę muli laniant, ipſe mihi mercedem reſtituat in futuro, qui ſcit me ob hoc in peregrinę linguæ eruditione ſudaſſe, ne Iudæi de falſitate ſcri pturarum eccleſiis eius diutius inſultarent. Quod autem inſulta rent Iudęi chriſtianis, ſatis patet, ex prologo eiuſdem Ieronymi in Pſalterium ſecundum hebraicam veritatem, in quo ſcribens ad So phronium dicit hoc pacto. Quia igitur cum hebræo nuper diſpu tans quædam pro domino ſaluatore teſtimonia protuliſti, volenſq; ille te eludere per ſermones pene ſingulos aſſerebat non ita haberi, in hebræo vt tu de ſeptuaginta interpretibus opponebas, ſtudioſiſſi me poſtulaſti vt poſt Aquilā, & Symachū, & Theodocionē, nouā edi tionē latino ſermone tranſferrē. Vt ergo Ieronymus ipſe Iudęos cō peſceret, qui ſeptuaginta interpretes perperam traduxiſſe menda citer aiebant. Et latinis quoque præberet arma, quibus iudaicam perfidiam confutarent, vincerentque, & inſultationibus denięq; eo

rum reſpōderent, nouā ędidit ex hebræo tralationē. Quod & in epi ſtola cōtra Ruf. oſtendit, cū ait. Tu latinas ſcripturas de græco emē dabis, & aliud eccleſiis trades legendum q̄ quod ab apoſtolis ſemel ſuſceperunt. Mihi n ō licebit poſt ſeptuaginta editionē quā diligen tiſſime emendatam ante annos plurimos meę linguæ hoībus dedi, ad cōfutādos Iudęos etiā ipſa exemplaria vertere, quę ipſi veriſſima cōfitentur, vt ſi quando aduerſum eos chriſtianis diſputatio eſt, nō habeant ſubterfugiendi diuerticula, ſed ſuo met potiſſimū mucrone feriantur. Hactenus Ieronymi verba, quibus aperte probatum eſt, quod diximus. ¶ Ad hęc Ieronymus ipſe tātum laboris inſumpſit, vt viris ac fœmininis præſtantibus gratiſque amicis tralationē ex hebræo flagitantibus obtemperaret. Siquidem ad preces Deſiderii pentateucū Moyſi traduxit, vt ex principio & calce prologi conſtat. Libros vero Ioſue, Iudicū, Ruth, et Heſter, ad p̄ces Euſtochii virginis, admodum illuſtris. Libros Regum, & Eſaiā contemplatione ſanctæ Paulę, & Euſtochii eius filię, Paralipomenon vero, & Eſdrę libros ad impulſum Domonis, & Rogatiani. Thobię vero vnū, & Salomonis tres libros, ad inſtigationem Chromatii, & Heliodori Epiſcoporum. Librum quoq; Iob, ad preces aliquorum, quoꝝ noīa in prologo non patent. Pſalterium ſecundū hebraicā veritatē ad inſtantiā Sophro nii, ſecundum vero tralationem ſeptuaginta ad petitionem Dama ſi papę, ad preces vero Paulę & Euſtochii editionem ipſorum ſeptua ginta correxit, & obelis aſtericiſq; diſtinxit. Ad preces etiā Sūmiæ & Fretetellę docuit, quādo iter Gręcos, & Latinos cōtentio eſt, quid in eo ſit magis tenēdum. Et vt finem faciā ex prologo Paralipome non, cōſtat eum fuiſſe impulſum ad hebręa volumina tranſferenda per Chromatiū ep̄m, quem ſanctiſſimum, atq; doctiſſimum vocat. Sed aliam cauſam afferamus. ¶ Tralationem nouam idcirco Iero nymus ipſe elaborauit, vt talētum ſibi creditū impertiretur, & in ta bernaculo dei offerret quod poſſet, quemadmodum ipſemet teſtat in prologo Geneſis dicens ſæpiſſime teſtatum ſe eſſe pro virili por tione in tabernaculo dei offerre, quę poteſt. ¶ Deniq; huiuſmodi prouinciā obiit Ieronymus, vt de ſuis latinis bn̄mereretur, & eos pa terno affectu iuuaret docens hoc exemplo curam ſuorum imprimis habendam eſſe. Animaduertens etenim prudens ipſe ſuos latinos, nihil veteris teſtamenti habuiſſe niſi per tralationem, & quidem duplicem, nihil enim de libris diuinis acceperunt prima fronte la tini, tandem eorum paupertatem immo & mendicitatem pie miſe ratus huiuſmodi opus ſuſcepit laboris plenum. Animaduertens inquam Græcos intumeſcentes, & ſe Latinis præferentes, ac pene improperantes, quod nihil diuinarum literarum, niſi ſuo medio

habuíſſent,voluit Ieronymus & Græcorum ípſorum tumorem cõpeſcere & pene deiectos exaltare,paupereſq; ditare latinos. Et deníque magnum argumentum eis tribuere gaudii, quo affecti ſunt, cum viderunt Græciam exultantem a ſe veritatem hebraícam mutuarí,quæ ſuis in exaplis olím gloriabatur,íam nunc fõtem hebraícum ex vno volumíne latino plenius fideliuſque haurire malle.

Ecce quam iuſtis cauſis ípſe Ieronymus fuerít incitatus nouam ex hebræo traductionem facere. Inanis igítur eſt obiectio, quæ in oppoſitum nitebatur. ¶Sed & illud quod obiectũ eſt,ſcilicet Ieronymum ſuã tralationem feciſſe in reprehenſionem ac ſugillationem veterum interpretum,etiam conſtat falſum & ab emulis profectũ eſſe. Habuit ſiquidem Ieronymus multos æmulos qui eius ſcripta vellicabãt,quorum & aliqui eum falſarium & ſanctarum corruptorem literarum proclamabãt. Alii vero callidius perſequentes eum affirmabãt in reprehẽſionẽ ac damnationem ſeptuagínta interpretum nouam ex hebręo tralationem feciſſe,de quibus ſecundo libro contra Ruffínum vehementer conqueſtus ait,in hunc modum.

Ergo ille qui epiſtolã ſub nomine meo finxerat,quod male hebræa volumina tranſtuliſſem,obiícere dicítur me in ſeptuagínta cõdem nationem ſcripturas ſacras interpretatũ, vt ſiue falſa ſint,ſiue veraque trãſtuli,in crímine maneam,dum aut in nouo opere me fateor erraſſe,aut recens editio veteris condemnatio ſit. Et paulopoſt.

Ego ne cõtra ſeptuagínta interpretes aliquid ſum locutus,quos ante annos plurímos diligentiſſime emendatos meę línguæ ſtudioſis dedí,quos quotídie in conuentu fratrum ediſſero, quorum pſalmos iugiter canto? Tam ſtultus eram vt quod in pueritia didiſcí, ſenex obliuiſcí vellem? vniuerſi tractatus mei horum teſtimoniis teſtatí ſunt. Commẽtaríique in duodecím prophetas,& meam, & ſeptuagínta editionem ediſſerunt. O labores homínum ſemper incertí. O mortalium ſtudia contrarios interdum fines habentia.

¶Vnde me putabam benemererí de latínis meis,& noſtrorum animos ad diſcendum concitare (quod etiam græcí verſum de latíno poſt tantos interpretes non faſtidiunt) Inde in culpam vocor,& nauſeanti ſtomacho cíbos infero. Et rurſus. Omnes præfaciunculę veterís inſtrumentí (quarum ex parte exempla ſubieci) huic reí teſtes ſunt,& ſupfluũ eſt quod ibí dictũ eſt,aliter quã ibí ſcriptũ eſt,ſcribere hęc Ieronymus. Qui licet in prologis Biblię affixis ſæpenumero proteſtatus antea fuiſſet ſe ſuã tralationem in reprehenſionem veterum non feciſſe, nihilominus prologos ípſos (quantum negotio ſufficit) in calce prefatí líbrí replicat,quos ibí congeſtos nõ ita multo labore lector videre poterit,quibus & plectis mox intelliget prí

ſcos íllos latínos qui tam vtílí labori detrahebant, plane ingratos fuiſſe,vtpote qui díuinum opus a viro latíno confectum lacerabãt, quod græcí míro deſiderío amplexabantur. Intelliget & quoſdam huius temporis latínos quamingratiſſimos eſſe,quí dícunt eum nõ ſatís decenter traduxiſſe,aut certe eam quam ſuís commentaríis in ſeruit atq; diſſeruit traductionẽ eius non eſſe. Quídnam precor magís ingratum eſt, quam beneficium ab amíco datum denegare,ſeu datum prorſus inficiarí? ¶Sed pergamus incepto, & obiectiones alías proſequamur,quibus confici videtur Ieronymum vetus teſtamentum díuinitus non traduxiſſe. Et primum quidẽ ex dictís eius videtur duntaxat erudítione humana prędítus ſuam ex hebræo feciſſe tralationẽ. Ait emẽ in prologo Geneſis aliud eſſe vatem, aliud interpretem eſſe. Ibí ſpíritus,inquit,ventura prædixit, hic eruditío & verborum copía ea quæ intellígit tranſfert. His enim verbis profiteri videtur Ieronimus ípſe,qui interpres fuit,ſe vatem non fuiſſe, ac propterea díuinitus nõ fuiſſe interpretatum. Itídem Ieronymus ípſe nuſpiã dixit ſe díuinitus traduxiſſe,ſed nec ex dictís eius íd collígi poteſt. Siquidẽ ſuis ĩ prologis arbitrio relíquit lectoris,vt ſcílicet probet,aut improbet ſuæ tralationis opus. Itídem pene níhil reputans ſuam interpretationem profitetur ſe pelles,& caprarum pillos in tabernaculo obtuliſſe. Agens enim contra Ruffínum,hoc modo inquit. In tabernaculum dei offert vnuſquiſque quod poteſt. Alíi aurum & argentum & lapides precioſos. Alii byſſum & purpuram & coccum offerunt & iacintum nobiſcum bene agetur,ſi obtulerímus pelles & caprarum pillos. Et ſubdit. Vide quanto cõtra ſeptuagínta interpretes tumeam ſupercilio,vt illos aurum & precioſos lapides & purpuram,me pelles & pillos in tabernaculo Chriſtí obtuliſſe profitear. Itídem in epiſtola ad Auguſtínum, ſuã tralationem muſtum vocat,cum ait. Si cui legere non placet,nemo cõpellit inuitum. Bíbat vinum vetus cum ſuauitate,& noſtra muſta contemnat. Sí ergo Ieronymus nuſquam dícit ſe díuino ſpíritu afflatum traduxiſſe,qua ratione íd dicendum putabimus.

¶At nihilominus íd quod res eſt aſſeuerãtes reſpõdeamus ex præfatís obiectiunculis confici nõ poſſe,quin Ieronymus ípſe díuinitus tranſtulerit. Cum enim dícitur imprimís,aliud eſſe vatem,aliud interpretem,ex ſupradictís facile díluí poteſt. Dictum enim eſt interpretum duos eſſe modos,ſiue genera. Vnum quod ſecundum humanam tranſfert induſtriam. Alterum quod díuina etiam inſpiratione interpretatur. Primo modo interpretatus eſt Ieronymus græca volumina,quæ díuina nõ erant. Quãdoquidem níhil tunc opus erat díuino munere præſertim peculiarí. Altero vero modo ſacros

Interpretũ duo genera

Biblię libros traduxit. Quod vt tibi persuadeas diligenter expende neminem vnquam potuisse fideliter ac decenter ipsam sacram scripturam transferre, nisi diuino spiritu peculiariter afflatus fuerit. Ergo Ieronymus in illo Geneseos prologo, qui prudenter itelligēdus est, ne erroris ansam prębeat, de primo genere interpretum locutus est, de quo tum putabat septuaginta interpretes fuisse, sed postmodum rem ipsam altius considerans, censuit eos in secundo modo esse ponēdos, vtpote quos diuinitus interpretatos fuisse postea dixit. de se autem humiliter sentiens, nihil tale retulisse legitur. Nihilominus tamen alicubi suæ tralationis opus, sanctum vocat. Nam in prologo Iosue sic habet. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat. Itidem multis locis suorum commentariorum dicit in explanādis sacris scripturis nos semper sancti spiritus indigere aduentu. Si igitur sensit in explanatione sanctarum literarum sancti spiritus gratia opus esse, nonne in tralatione earum eum hoc magis sensisse credendum est? ita profecto. Quod igitur ita demisse de sua interpretatione locutus est, hoc fecit, partim humilitate, partim vero ne derisendi occasionem suis ęmulis præberet.

¶ Capite vndecimo quędam alię ex Augustino, Ruffino, & aliis, rationes adducuntur, quibus impugnatur veteris legis traductio, vt diuinitus a Ieronymo non effecta, quę & simul diluuntur.

Sed alias obiectiones ex aliorum authorū scriptis proferamus. Et primum quidem ex his quę apud Augustinum habentur, siquidem vir ille egregius nouę tralationis opus ex hebræo dissuasisse legitur quadā epistola, quam mittens ad Ieronymum, his verbis vsus est. De vertendis autem in linguam latinam literis canonicis laborare te nollem, nisi eo modo, quo Iob interpretatus es, vt signis adhibitis, quid inter hāc tuam, & septuaginta, quorum est grauissima authoritas, interpretationem distet appareat. Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in hebraicis literis, & exemplaribus inueniatur, quod tot intepretes illius linguæ peritissimos fugerit. & subdit, Si enim obscura sunt, te quoque in illis falli posse creditur. Si manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur. Et alia epistola ad eundem scribens hunc inū mod ait, Ego sane te mallem græcas potius canonicas nobis interpretari scripturas, quę septuaginta interpretū authoritate perhibētur. Perdurum enim erit si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius cœperit lectitari, quod a Græcis ecclesiis latinæ ecclesiæ dissonabunt, maxime quia facile cōtradictor cō

uicit græco prolato libro, id est linguæ notissimæ. quisquis autē in eo quod ex hebræo translatum est, aliquo insolito permotus fuerit, & falsi crimen intenderit, vix aut nunquam ad hebræa testimonia peruenitur, quibus defendatur obiectū. Quod si etiā peruentum fuerit, tot latinas & græcas authoritates damnari, quis ferat? Huc accedit quia etiam consulti Hebræi possunt aliquid respondere, vt tu solus necessarius videaris, qui etiam ipsos possis conuincere. Sed tamen qui iudicet mirum si potueris inuenire. Hæc augustinus, qui & subiungit propter vniusverbi dissonantiam ab ipso Ieronymo in tralatione ionę positam, tantum fuisse tumultum in plębe concitatū, vt episcopus pene sacerdotiū amiserit. Quapropter videtur Ieronymus non traduxisse diuinitus, vtpote cuius tralationem dissuadebat Augustinus. Nec temere dissuadebat, sed iustis quidem causis, quæ ex eo modo recitatę sunt. ¶ At nihilominus dicamus, vt cœpimus, Ieronymum cœlitus adiutum, traduxisse. Quod opus licet dissuaderet Augustinus ipse hoc non diuino, sed humano spiritu tū faciebat, vtpote qui necdū nouerat quod per Ieronymū spiritus sāctus moliebatur. Sed nec mirum si principio Augustinus hoc non intellexit, cum & tralationem septuaginta de græco in latinum per Ieronymum ipsum nesciebat effectam. Sciuit autem postea, & vtranq; Ieronymi tralationem probauit, vt statim dicetur. Quod autē miratur Augustinus si adhuc in literis hebraicis quicquam erat quod veteres interpretes latuisset, ex his quæ superius dicta sunt, patet responsio. Nam ipsi septuaginta multa prætermiserunt de hebraica veritate. Multa quoque obscura fuerant interpretati. Multa deniq; & addiderant, & aliter quam in hehræo esset, verterant, quod licet Augustinus postea cognoscēs in libro de ciuitate dei, spiritussancti authoritate factum professus sit. Nihilominus tamen opus erat noua ex hebræo facere tralationem, quę ipsam veritatem habraicā vere, plene, & dilucide exprimeret, quam ipse Ieronymus fecit.

¶ Ad id autem quod subiungit Augustinus. Si obscura sunt te quoque in illis falli posse creditur. Respondit Ieronymus in epistola ad ipsum Augustinum, hoc pacto. Porro quod dicis, non debuisse me interpretari, post veteres, & nouo vteris sillogismo, aut obscura fuerunt quę interpretati sunt septuaginta, aut manifesta. Si obscura, te quoque in illis falli posse credendū est. Si manifesta, illos in eis non falli potuisse perspicuum est. tuo tibi sermone respondeo. Omnes veteres tractatores qui nos in domino præcesserunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, tu quomodo ausus es post eos differere, quod illi explanare non potuerunt. Si manifesta, superfluum est te voluisse dis-

ſerere quod illos latere nonpotuit,maxíme ín explana tíone pſalmorum. Et enumeratís quibuſdam authoribus poſtea Ieronymus ipſe ſubdit. Reſpondeat mihí prudentía tua,quare tu poſt tantos & tales ínterpretes ín explanatione pſalmorum díuerſa ſenſeris.
Sí enim obſcurí ſunt pſamí, te quoque ín eís fallí potuiſſe credendū eſt. Sí manifeſtí,illos ín eis fallí potuiſſe non creditˇ, ac per hoc vtroq; modo ſuperflua erít ínterpretatío tua. Et hac lege poſt príores nullus loquí audebit. Et quodcunque alíus occupauerít, alíus de eo licentíam ſcribendí non habebit, quín potíus humanítatís tuæ eſt ín quo veniā tibí tríbuís,índulgere & cæteris. Hæc Ieronymus. Cuíus quídem reſponſío lícet nobís pulchra vídeatur,tamen calūníatorí vídebítur forſítan nō ſufficere,ſed potíus de íllarum eſſe numero,quæ ad hominē paſſím vocantur. Ex ea enim nihíl alíud cōfící vídetur,níſí quod Ieronymo lícuerít poſt veteres ínterpretarí. Quod vbí admíſſum fuerít, non continuo ſequetur eum díuínitus tranſtuliſſe. Síquidē nec verba Ieronymí ſequentía hoc ínſínuunt, quíbus ait. Ego enim non tam vetera abolere conatus ſum quam ea teſtímonía, quæ a Iudæís prætermíſſa ſunt, corrupta proferre ín medíum,vt ſcírent noſtrí quíd hebraícaveritas contíneret. Sí cuí legere non placet,nemo compellít ínuítum. Bíbat vínum vetus cum ſuauítate, & noſtra muſta contemnat. Ergo reſpōdeamus alíter,ac veraciter,quamuís forte audenter pro Ieronymo, dícentes eum nō potuíſſe ín tralatione veterís teſtamentí hallucínarí. Sed cur íta? Nempe quod ſpíritu ſancto peculíariter dirígēte ínterpretabatur.
¶ Sed quęrít alíquís,vnde íd probas? Probamus ſane non exígua ratíone. Enímuero ſí Ieronymí tralatío díuína non cenſeatur, dubío procul nunquam eccleſía chriſtíana vetus teſtamētum habuít vere,plene,dilucíde,ac fídelíter traductum,quandoquídem Aquíla Symachus,& Theodocion multa ſubdola ínterpretatíone prętermíſerunt. Sed & ſí decenter traduxíſſent,nō tamen eís,vtpote Iudæís & apoſtatís índubíe crederetur. Septuagínta quoque multa tacuerunt,multa addíderunt,denique multa alíter díxerunt quam ín hebraíca verítate haberetur. Sí ígitur Ieronymí tralatío nō ſuppleuerít ea,quæ alíís defuerant,& decenter quoque ac díuínítus nō ſít effecta ſequeretur íllud abſurdum. Atíquís hoc díxerít,níſí ſpíritu tartareo ínflammatus. Sed relíqua proſequamur. ¶ Quod porro dícit Auguſtínus perdurū fore,ſí tralatío Ieronymí recíperetur, dícimus quídem hoc quam duríſſímum líuídís fuiſſe,píís vero gratíſque catholícís(quorum multi huíuſmodí tralatíonem flagítabant gratíſſímam,cęterísvero qui rem ípſam non ſatís compertam habebant príncípío quídem fuiſſe graue,ſed vbí cauſas ac commoditates ex-

ploratas habuerínt,tandem fuiſſe acceptum. Proínde Auguſtínus ín epiſtola reſponſíua ad ípſum Ieronymum ſíc ait. De ínterpretatíone tua íam mihí perſuaſí qua vtílitate ſcripturas voluerís tranſferre de hebręís,vt ſcílícet ea quæ a Iudęís prętermíſſa ſunt & corrupta proferres ín medíum. ¶ Quod ſubínde Auguſtínus ait tralatíonem ex hebræo ſibí non probarí, quod víx ínueníri quíſpíam poſſet, quí verítatem aperíret, ſí forſan contentío oríretur propter díſſonantíam ínter nouam Ieronymí tralatíonem,& veterem editíonem eccleſíís vſítatam. Reſpondet ípſe Ieronymus ín epíſtola præfata hoc pacto. Sícubí dubítes,hebræos ínterroga,díces quíd ſí hebręí aut reſpondere noluerínt,aut mentírí voluerínt? Tota frequentía Iudæorum ín mea ínterpretatíone reticebit? Nullus ínueníri poterít,quí hebræę línguæ habeat notíciam? quaſí dícat ípſe Ieronymus,ineptum eſt hoc ſentíre. Quantum vero ad verbum quoddam alíter ínterpretatum ín Iona,quam eſſet ín ſeptuagínta, quod tamen non exprímít Auguſtínus,ſuſpícatur ípſe Ieronymus eſſe cucurbíta,de qua ſíc ait. In eo loco vbí ſeptuagínta ínterpretes cucurbítam & aquíla cum relíquis hederam tranſtulerāt,carıacon ín hebræo volumíne cíceron ſcríptum eſt,quam vulgo Syrí cíceram vocant. Eſt autem genus vírgultí lata habens folía ín modum pampíní,cumque plantatum fuerít,cíto conſurgít ín arbuſculam, abſque vllís calamorum & haſtílíum adminículís,quíbus & cucurbítæ,& hedere índígent,ſuo trunco ſe ſuſtínens. Hoc ergo verbum de verbo ediſſerens,ſí cíceron tranſferre voluiſſem nullus íntelligeret,ſí cucurbíta,íd dícerem,quod ín hebręo non habetur. Hederam poſuí vt cæterís ínterpretíbus conſentírem. Ecce cur Ieronymus hederā tranſtulít,vt ſcílícet veteres tralatores ſequeretur,eíſque conſentíret. Addít & ín commentarıís Ionæ ſe voluíſſe, cum ínterpretaretur,ípſum hebręę línguæ nomē exprímere,quía ſermo latínus hāc ſpecíem arboris non habet,ſed tímuiſſe grammaticos,ne ínuenirēt licentíam cōmentandí,& beſtías Indię p montes Boetię,aut íſtíuſmodí quædam portenta confingerent. Verum hac reſponſíone nō eſt contentus vſquequaque Auguſtínus,dícit enim ſequentí epíſtola reſponſíua hoc pacto. Vnde íllud apud Ionam vírgultum ſí ín hebræo nec hedera eſt,nec cucurbíta,ſed neſcío quíd alíud,quod trunco ſuo nixum nullís ſuſtentādū adminículís erígatur, mallem íam ín omnibus latínís cucurbítam legí. Non enim fruſtra hoc puto ſeptuagínta poſuíſſe,níſí quía & huíc ſímíle ſcíebāt,hęc Auguſtínus. Cuíus & ſententía confírmarí poteſt. Sí enim nec hedera nec cucurbíta erat ín hebræo,cur potíus hederam quam cucurbítam poſuít Ieronymus? Sí dixerít quíſpíam,vt Aquílę, Symacho,& Theo-

Iero. antíquís ínterpretíbusnō díſſentiens

docioni consentiret. Hoc non satis esse videtur, quandoquidem debuit potius septuaginta interpretes sectari quam alios, quod authoritas ipsorum septuaginta esset maior, quod inquam nihil nouum erit introducendum, præsertim citra causam necessariam apud Latinos qui cucurbitam audire consueuerant, quod denique scandalū ecclesiis, & liuidis occasio detrahēdi hoc modo prębebaṫ, quę discrimina vitata fuissent, si cucurbitam transtulisset. Denique esto Ieronymus rationabili causa persuasus noluerit hebraicum verbum in tralatione ponere, nulla tamen causa est, cur potius illis tribus iudaizantibus, quam septuaginta viris sapientissimis in hac parte assentiretur. Debuit igitur cucurbitam potius quam hederam trāsferre. Hic nodus meo iudicio satis difficilis est, quem Ieronymus ipse nō dissoluit, dici tamē potest cum ipse multo periculo cognouisset scripta sua passim ab ęmulis vellicari, prudēterque animaduertens pro noua sua tralatione tuenda contra liuidos ipsos Iudæorum testimonio se indigere, ad eorum enim censuram tanquam ad quoddam asyllum suos aduersarios remittere solet, malluit assentire Aquilę Symacho, & Theodocioni, quorum tralationem hebræi ipsi probabāt quam septuaginta interpretibus, quos dicebant perperam fuisse interpretatos. Adde quod archano diuini spiritus instinctu hoc factū putatur, qui præscius futurorum videns nouam Ieronymi tralationem vix recipi probaricq posse, voluit quando aliquid ex causa fuit aliter transferendum quā in hebræo haberetur, vt in præsenti loco per ipsū Ieronymū dici, quod hostibus fidei christianæ magis probaretur, vt scilicet catholici intelligentes Ieronymi tralationē, vel ab infidelibus comprobari eam facilius reciperent. Hæc responsio si tibi grata non sit, quære meliorem. Quod autem in quodam Africę oppido iuenti sunt quidam Iudęi, qui dixerunt idē haberi ī codicibus hebraicis, quod in grecis & latinis. Respōdet Ieronymus eos aut hebraicas literas ignorasse, aut ad irridendos cucurbitarios voluisse mentiri. ¶ Sed alia ex aliis authoribus obiecta subnectentes ea quæ Ruffinus contra Ieronymi tralationem scripsit perstringamus. Fastidiosum enim foret quem facit processum supramodum, & prolixum, & iniurium ad verbum referre. Satis ergo sit, breuiter ea depromere, quæ obiicit & continuo pro Ieronymo dissoluere.

Non enim respondit ipse Ieronymus ad omnia eius obiecta, quod libros eius plusquam satyricos necdum forte tunc legisset. Siquidē ad sex puncta duntaxat ibi respondisse legitur quæ sibi per quendā fratrem verbotenus relata fuerāt, in quibus postremum illud est de tralatione sua quam in calce secundi libri contra Ruffinum ipsum tuetur dicens, nihil falsitatis admisisse, nec suam quoque fecisse tra

latione in suggilatione, seu damnatione veterum interpretū, quorum & interpretatione concludit vtilem eccelsiis esse, & tam illam q̄ suam traductione esse recipiēdā. Sed iam audiamus ex Ruf. decerpta. Percontatur enim imprimis, quomodo suscipienda sint quę Ierony. transtulit, scilicet tanq̄ diuina, an tanq̄ humana? Respondemus tanq̄ diuina. Et quanquā principio palā nō esset Iero. tralationem esse diuinā, non tamen debuit vel pertinaciter inficiari, vel ausu temerario subsannare, sed legere īprimis sine liuore, ac supercilio & conferre, cū hebraica veritate, Ēmuero quipuro simplicicq animo ipsam tralationē lectitasset, facile intellexisset eā sine quodam numine diuino fieri non potuisse. ¶ Deinde obiicit Ruf. pro Ierony. sententia in explicanda lege, aliquid aliter sensisse damnabile est. igitur & legem ipsam peruertere in aliud quā apostoli tradiderunt, damnabile putari debet, at vero Iero. legem peruertit, vt ait. Respō detur plane falsum esse, quod maledicus Ruf. ementitur. Siquidē nihil peruerse interpretatus est Ierony. nec de hebraica veritate quicquam mutauit. Et quamquam secus multa dixit in noua tralatione sua, quam in vulgata editione seu veteri tralatione haberentur, nō tamē propterea dicendus est scripturam sacram peruertisse, quoniā veritatem hebraicam expressit, vt par erat. Adde quando ipsorum septuaginta tralationem de græco vertit in latinum, nihil eum mutasse, sed diligenter emendatam, ac decenter traductam suis tradidisse latinis, vt antea dictum est. Quare conficitur huiusmodi obiectionem prorsus insanam esse.

¶ Porro dicit Ruf. cum multi ab exordio ecclesiæ fuerint viri eruditissimi ante Ierony. qui ex circuncisione crediderant, peritiam diuinæ legis, ac notitiam hebraicæ linguæ habentes, nullus tamen ausus est diuinum instrumentum, quod apostoli ecclesiis tradiderant & depositum sancti spiritus compilare. At qui Ieronymus vt ait multa compilauit, vtpote qui multa immutauit, multa quoque derasit, vt hystoriam Susannę & hymnum trium puerorum. Nec exēplum seu factum Origenis potest īquit Ruf. quicquam Iero. opitulari, quoniam necvnum quidem locū ex scripturis diuinis de hebręis reperitur Origenes trāstulisse, nec verbum quoq; aliquod de suo saltem vnum inseruisse, neq; demum nostris exemplaribus fidem fecisse in aliquo vacillare, sed solum designasse ea quę fuerant per alios interpretes vel addita, vel perempta, certa quędam signa, scilicet asteriscos & obelos adhibendo. Denique nihil Ieron. prodest, dicit Ruffinus Origenem producere, quippe quem damnat ipse. Respondetur ipsum Ieronymum, nec temere, nec præsumptuose attentasse id quod ante eū fecerat nemo, sed causis iustis ad hoc fuisse īpulsum.

videbat enim pauperes latinos hebraicam veritatem plene non habere, sed nec ad eam pertingere quidem posse. Enimuero si exemplaria in quibus tralationes cōtinebantur fuissent in latinum versa nihilominus fuisset magnorū sumptuū & infinitę difficultatis ea habere. Deinde qui exemplaria oīa habuissent, & hebrei sermonis fuissent ignari non potuissent cōferre cū hebraico, nec satis cōpertū habuissent cui tralationi potius esset adherēdū. Itaq; magis errassent ignorantes quis e multis verius dixisset. Quod etiā iquit Ieronymus in prologo Esdrę, sapientissimo cuidā apud græcos accidit vt interdū scripturę sensū relinquēs vni uscuiuslibet interpretis sequereť errorē Cur autē nullus ante Ieronymū hoc opus agressus est nō est magno pere arduū respondere. Nemo forte attētauit quia nullus peritiam linguarum habuit sufficiēter. Cuius rei argumentū est quod multæ factę fuerant ante Ieronymū tralationes de græco in latinū, sed de ipso fonte hebraico in latinum sermonē necvna quidē, aut si qui hebraice & latine sciuerint, nō tn latinis ita fuere affecti vt tantū pro uincię, ac laboris voluerint eorū cōtemplatione obire, vel si qui fuerint affecti, tātā tamen sacrarum literarum intelligentiā, ac gratiā diuinam non fuerunt assecuti, quę sufficeret ad tralationem decentissime faciendā, vel certe quod necessarium nō fuerit, antea huiusmodi tralationē effici, vel demum quod nullus adeo sit peculiariter delectus qui hoc faceret, sed tantum operis Ieronymo sanctissimo ac doctissimo viro per secretā dei prouidentiā reseruatū sit. Et quis nouit sensum domini, vt dicere possit cur nō voluerit antea opus huiuscemodi a quoquā fieri? Quod autē ait Ruffinus Ieronymū ipsum multa permutasse ac detruncasse de veteri testamēto plane falsum est. Nihil enim de hebraico prętermisit, sed interdum adnotauit aliqua, quę in ecclesiis legebantur apud codices hebraicos non inueniri, vt est hystoria Susannę, & hymnus triū puerorū, quę tn a sua tralatione nō reiecit. Eapropter hęc obiectio inepta est, cui & ipse Iero. in calce secundi cōtra Ruf. libri respondens quodāmodo, ait hoc pacto. Quod aūt refero quid aduersum Susannę hystoriā, & hymnum triū puerorū, & Bel draconisq; fabulas quæ i volumine hebraico nō habentur hebręi soleant dicere, qui id in me criminať, stultū se sycophantā probat. Non em quid ipse sentirē, sed quid contra nos dicere soleāt explicaui, hęc ille. Quantū ad Origenis factū quod Ieronymo nihil suffragari dicit Ruffinus. Respōdetur id falsū esse. Nā & Ierony. ipse in prologo Geneseos dicit se studio Origenis fuisse prouocatū ad aliquid recēs moliendū. Nā & Orig. ipse multa veteri tralationi addidit ex Theodocione quę in hebraico habebanť. Si igitur facinus maioris audacię, quod attentauit Origenes nō improbatur,

profecto Ieronymi opus reprobari non debet, quo nihil miscuit nihil perturbauit, sed addidit, quæ deerant, & veritatem hebraicā puro fidelique sermone expressit. Ergo sicut Origenem recipiūt in negotio longe audētiori, etiam probare debent Ieronymi opus, quod non tantę audacię est. Et nihilominus purius, plenius, vtiliusque cītra dubitationem omnem esse creditur. Quod si extra veterem tralationem nihil esse recipiendum censeat Ruffinus, dicat igitur cur Origenem cum suis recipit asteriscis & obelis? Cur inquam ipsum Origenem probat & Eusebium, cunctas editiones simul differentes atque explanantes? Cur & Danielem iuxta Theodocionis tralationem ecclesię susceperint? Denique cum liuidi homīes nouas (vt cū Ieronymo loquamur in epistola ad Sophronium) semper expeterēt voluptates, & gulę eorū vicina maria nō sufficerent, cur in solo studio scripturarum veteri sapore contenti erāt? Cur vel vnum latinū & eum quidem christianū post veteres susci pere nolebant? Cū post septuaginta tralatores iam Christi euangelio coruscante Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Græci acceptassent.

¶ At dicit Ruffinus Ieronymum reprehendere, ac reprobare Origenem ipsum quem nihilominus ante laudauerat, eamobrem nō posse eius exemplum pro se citare. Respondetur hoc consequium nullius esse momenti quod ex ipso Ieronymo satis refellitur qui (epistola respōsiua Ruffinū apposite mordēs) sic iquit. Audi ergo vir sapiētissime, & romanę dialectice caput non esse vicii hominē vnū laudare in aliis, & aliis excusare, sed eandem rem approbare, & improbare? Ponam exemplum vt quod non intelligis prudēs tecū lector intelligat. In tertulliano laudamus ingenium, sed damnamus hæresim. In Origene miramur scientiam scripturarum, & tamen dogmatum non recipimus falsitatem. In dydimo vero memoriā prædicamus & super trinitate fidei puritatē, sed in cęteris quę Origeni male credidit, nos ab eo retrahimus? Magistrorū em non vicia imitanda sunt, sed virtutes. Ex his em Ieronymi verbis satis conficitur sane potuisse imitari exemplū Origenis, quod malū nō erat, sed passim laudabať, nec obesse quicq̄ quod eū non probabat in oībus videlicet in his quibus a veritate catholica discesserat. Nō em reprobatio Origenis cōficit nulla eius facta aut dicta probāda esse. Sed pergamus ad alia. ¶ Obiicit postmodū Ruffinus ac dicit Petrū apostolum librorū instrumenta sicut & cętera ad instructionē ecclesię pertinentia non tradidisse, quę & ipso viuente ac sedēte palā recitabantur. Quod si dicatur Petrū vt indoctū hoc nō fecisse, hoc falsum probatur ex eo quod Petrus & linguarum, & scientiarū, notitiam in aduentu spūssancti acccepit. Sed & si nihil tale potuisset Petrus ipse

pręſtare, Paulus tamē eius comes, qui doctus in lege erat, hoc Romę ſuppleuiſſet. Igitur de literis ſacris eccleſiæ per eos prouiſum eſt, præſertim cum Paulus præcipiat eſſe attendendum lectioni. Itaq; dubitandum non eſt quin emendatas dederint lectiones, ſuperfluum igitur fuit aliquid poſtea trāſferre voluiſſe. Reſpondetur imprimis Ruffinum vicioſe ſupponere id quod ab eo fuerat probādum, ſcilicet apoſtolos vetus teſtamentum eccleſiæ Romanæ tradidiſſe. Vicioſum enim eſt id ſupponere, quod imprimis probandum ſit. Deinde dicitur nec, veriſimile quidem eſſe apoſtolos ipſos veterē ſcripturam traduxiſſe eccleſiis, quas in Chriſto fundauerant. Quomodo enim credibile eſt, apoſtolos veteris legis volumina totum per orbem ſecum tuliſſe, & ſingulis eccleſiis ea dimiſiſſe, tradu cta in eam linguam, quam intelligere poſſent. Quis hoc audeat aſſere re? Adde quod apoſtoli ipſi palam dicebant legem veterper Chriſtum eſſe euacuatam, nec amplius literaliter obſeruandā eſſe. Cur igitur illā tradidiſſent ſarcinā nouis xp̄ianis, quos ſub euāgelicę legis libertate viuere volebant? Porro apoſtoli ipſi non dederunt eccleſiis omnia nouę legis inſtrumenta, ſed nec dare quidem potuerunt, quandoquidem non omnia eo tempore ſcripta erant. Nondū enim Ioanes euangelium ſuum ſcripſerat, quomodo igitur omnia tradidiſſent? Denique præcipua cura apoſtolis erat Chriſtum prædicare, legem euangelicam docere, & viuæ quoque vocis energia cordibus hominum imprimere. Conſuluerunt fateor eccleſiæ quātum pro temporis illius ratione opus erat, ſcilicet ea tradendo quæ ſaluti tū neceſſaria videbantur, ſed ex hoc minime conficere poſſit Ruffinus eos vetus teſtamentum latine traductum Romanis dimiſiſſe. Non enim fuit naſcentis eccleſię infantia tantorum rudimentorum copia principio oneranda, ſed paulatim ad virilem perducenda ætatem, vt grauiora onera ferre poſſet. Adde ſi veterem tralationem Romanis dediſſent, Petrus & Paulus nihilo ſecius tamen concludi non poteſt, quin veritas hebraica ex ipſo fonte traducta fuerit oportuno tempore latinis auribus ingeranda. Inepta igitur eſt Ruffini ratiuncula. ¶Sed inſtat rurſus, & ait, non eſſe veriſimle chriſtianā eccleſiam ſine veris certiſq; ſcripturis ſacris quadringentos annos fuiſſe. erraſſeque tantot empore, ac veritatem ignoraſſe. Reſpondetur eccleſiam catholicam ſemper habuiſſe ea quæ ſaluti neceſſaria fuerunt, ſed ob id non fuiſſe opus aliquam habere tralationem quę plenæ & perfecte contineret hebraicam veritatem. Etenim Iudæi quamplurimi, qui conuertebantur ad chriſtianam fidem, veterem legem adhuc integram atque perfectam habebāt, quam aliis cupientibus ēpoterant interpretari, quantum temporis

illius conditio flagitabat. Inſuper extabat tralatio ſeptuaginta interpretum, quæ quamuis nonnullis in locis viciata eſſet, ac etiam deprauata vicio ſcriptorū, vt dictum eſt, tamen poterāt errata deprehendi ex mutua collatione cum hebraicis codicibus. Quod nihilo minus non erat eo tempore admodum neceſſe, quo ſcilicet plantabatur chriſtiana fides, & a tyrannis & perſecutoribus non diſceptationibus, ſed tormentis ſupplicii ſque oppugnabatur. Potius itaque vita proba, ſinceraque fide, tunc opus fuit, quam veteris legis ſcientia. At poſtquam tyrannica bella quieuerunt, & pax eccleſiis data eſt, opus fuit diligentius ſacram ſcripturam tam veterem quam nouam excutere, maxime propter calumnias Iudæorum & hæreticorum verſutias, quę poſt tyrannorum perſecutiones eccleſiam Chriſti conturbare cœperant. Etenim Iudęi cernentes eccleſiam Chriſti florere, ac propterea inuidentes, ipſam vehementius calumniari ac ridere cœperant dicentes eam veram non habere ſcripturam diuinam, ſed apocrifis vti. Ergo vt eis calumniādi ac irridēdi tolleretur occaſio, opus fuit veterem legem vere, plene, ac decenter tranſferre, hoc autem fecit ſacer Ieronymus, qui propterea fuit diuinitus delectus, & peculiari gratia illuſtratus. ¶Sed vnde probas (dicet aliquis) eum fuiſſe peculiariter cœlitus adiutum in tralatione faciēda. Imprimis, quod in cœlum propterea raptus ſit, vt ibi diuinę ſcripturę myſteria miro modo audiret. Quod enim raptus ſit, teſtat & ipſe in regula ſanctimonialium, capite viceſimoſexto, dicens hoc pacto. Scio quid loquor chariſſime, nā vt meam inſipientiam loquar, ego homunculus ſic abiectus, ſic vilis in domo domini adhuc viuēs in corpore, angelorum ſępe choris interfui, de corporeis per hebdomadam, nihil ſentiens diuinæ viſionis intuitu, poſt multorum forte dierum ſpatia prędcius futurorum reddītus corpori flebam. Quid ibi manēs cœlicitatis habebam. Quid inenarrabilis delectationis ſentiebam. Teſtis eſt ipſa trinitas, quā cernebā, neſcio quo intuitu. Teſtes ſunt & ipſi beati ſpūs, qui aderant. Teſtis eſt etiā cōſcientia mea, q tātis bonis ſi p̄ius fouebar, quot & qualia neſcit, pferre mollices corporis mei. Hæc Ieronymus. ¶Deinde quod peculiari gratia fuerit afflatus probatur aliunde. Si enim ſpiritu diuino illuſtrati credunt fuiſſe ſeptuaginta interpretes, vt tralationem gentibus veraciter facerent, nonne id de Ieronymo pariter credendum eſt, qui non infidelibus, ſed eccleſię chriſtianæ tralationem nouam edidit? Ita ſane. ¶Denique fieri non potuit humana duntaxat induſtria talis interpretatio, quæ & hebraicam perfecte, ac decentiſſime cōplecteretur veritatem, & ita probaretur eccleſiæ vt probatior quacunque alia putetur, opus igitur fuit cœleſti, peculiarique gratia.

Quibus animaduersis non iniuria creditur Ieronymus ipse diuinitus fuisse illuminatus. ¶Adhuc obiicit Ruffinus,& dicit non esse diuinum quod & ab homine mutatur,& scandalum in populis excitat. Respondetur Ieronymum nihil de hebraica veritate mutasse, quemadmodum iam satis ostensum est,nec scandalum quoque vllum,saltem per se,ab eo fuisse suscitatum. Quod si liuidi aliqui scandalum passi sint, illud fuit eis non Ieronymo ascribendum. Siquidem scandalum illud(vt nostrorum more loquar)nō fuit actiuum,sed passiuum,non pusillorum,sed phariseorum.

¶Denique Ruffinus volens Ieronymum suo ipsius mucrone confodere eum ipsum citat dicentem post quadringentos annos non debere simplices latinorum aures nouę doctrinę voce pulsari. Nō debuit igitur(inquit)nouam ędere tralationem.Sed obsecro nunquid Ieronymus sibiipsi cōtrarius est?minime quidem. Ergo sane intelligendum est quod peruerse citat Ruffinus. Non enim Ieronymus ipse inficiabatur qn̄ vel noua interpretatio,vel recentes literarū diuinarum explanationes tunc fieri possent,sed intendebat nullā scripturam nouā,vt diuinam atque canonicam tunc recenter extra corpus Bibliæ esse admittendam,quod facere nitebatur,qui nonnullos libros,qui de sacro canone non sunt,diuinos atque canonicos asserētes,etiam sacrę biblię inserendos esse contendebant,quod profecto facinus audax reprobandum Ieronymus censebat.

¶Sed isto Ruffino cū suis & garrulitatibus & conuiciis dimisso paucula adhuc obiectiones aliunde depromptas subiiciamus. Origenes siquidem vt refert Eusebius sexto libro ecclesiasticę hystorię capite vicesimotertio,hoc solum pro vero habendum in scripturis diuinis asserit,quod septuaginta interpretes transtulerunt, quoniam id solum,inquit,est quod authoritate apostolica confirmatum est. Et alibi quoque ait editionem septuaginta interpretum nostram esse. Si pro Origenis sententia,id solum pro vero habendum est,quod septuaginta interpretati sunt,igitur quod Ieronymus transtulit,nec pro vero habendum est,nec confirmatum quoque,nec propterea diuinitus effectum censeri debet. Sed distingue tempora, & concordabis dicta,necdum enim cum illa dicebat,Origenes tralatio Ieronymi facta fuerat. Siquidem multo ante Ieronimū tempore floruit Origenes ipse,quemadmodum ex apologia ad Pammachium & Oceanum cōstat,in qua sic ipse Ieronymus inquit. Centum quinquaginta anni prope sunt,ex quo Origenes mortuus est tyri. Itaque Origenis dicta non sunt ad Ieronymi tralationem referenda. Non em̄ extendi debent ad tempus quod mortem eius secutum est. Sed & si diligenter expendamus,Origenis dicta referenda non sunt ad tra-

lationes cæterorum,scilicet Aquilę, Symachi, & Thodocionis,vel etiam ad alias editiones scilicet quintam,sextam,& septimam,quę ante eum factę fuerant. Etenim cum dicat Ieronimus illas tralationes authoritatem promeruisse nō possunt præfata Origenis verba ad tempus quod ætatem eius secutum est extendi in quo illæ tralationes probatę sunt. Alioquin falsa essent. Sunt igitur pro tempore quo vixit accipienda,quo scilicet sola interpretatio septuaginta vt probata atque autentica habebatur. Nondum enim alię per censuram ecclesiasticam ita probatæ fuerant,quæ postea feruntur in synodo nycena,quæ post obitum Origenis adunata est discusse,probateque fuisse. ¶Sed aliam afferamus obiectiunculam hoc pacto. Nullum vel fidei,vel probis moribus fit detrimentum, si dicatur Ieronymum non transtulisse diuinitus,sed vt hominem nōnullis in locis a veritatis linea excedisse,Etenim cum habeat ecclesia ipsorum septuaginta interpretationem veram & autenticam,nihil ipsa discriminis pateretur,in fide,vel moribus,si vel tralationem Ieronymi penitus non haberet,vel eā haberet nonnullis in locis mendosam,& ab hebraica veritate dissidentem. Non est igitur cur dici debeat Ieronymum transferendo nuspiam errasse. Respōdetur magnum & scandalum & detrimentum suscitatum iri, si diceretur Ieronymus traducendo fuisse hallucinatus. Hoc enim admisso, mox conficeretur ecclesiam non habere veritatem hebraicam fideliter, plene,ac decenter traductam. Etem̄ cum in tralatione septuaginta multa prętermissa sint ex his,quæ in hebræo habētur, multa quoq; addita,quę ibi reperire non est,& denique cum temporum successu ita viciata fiunt,vt mortalium nemo possit eam dare integram atque incorruptam,vt ab ipsis septuaginta primū facta fuerat, sequēs est si Ieronymus tralationem veteris legis diuinitus effectam non dederit,hebraicam veritatem plene ac fideliter latinos minime habere. Hoc autem consequens quā sit,absurdum,scandalosum,ac peruersum,nullus sanę mentis ignorat. ¶Sed instabit aliquis & dicet, Si tenendum esset tanquā verum atque catholicum,ita Ieronymū traduxisse, vt nullo prorsus loco errauerit, conficeretur eum,qui secus sentiret hęreticum esse,conficeretur & pro huiusmodi negotio tuendo fideles posse,immo & debere mortem obire. At hæc videntur absurda,quandoquidē propositio huiuscemodi,videlicet beatus Ieronymus fideliter,decēter,ac citra errorem omnem transtulit veterem legem,de hebraico in latinum,nec continetur in sacro canone,nec ex contentis in eo confici potest,nec ab ecclesia,seu concilio vniuersali eam referente determinata reperitur, nec demum cuiq̄ putatur releuata fuisse. Eamobrem catholica veritas censeri nō de

bet,pro qua certę vitę díſcrimen ſubire líceat. Reſpondetur íis, qui palam hoc aſſereret, dubío procul eſſet temerarius, ſcandaloſus,& ſuſpectus vehementer. Et ſi pertínacia comes adeſſet,vt plane peruerſus,atque hęreticus eſſet habendus,vtpote qui díſſentiret ab eo quod vt verum & catholícum ab eccleſía ſatís determínatum eſt. Nam & ípſa eccleſía tenet Ieronymi tralatíonem eſſe díuínam,díuínituſque factam,eaque vtitur ſuis ín díffinitionibus aſſerendís & denique eam cõmendat ac probat,quemadmodum dícetur poſtea, cum de totíus Bíblię tralatíone agetur. Eamobrem tenẽdum vt verum & catholícum Ieronymum ſíne errore veterem legem tranſtuliſſe,pro quo tuendo etiam líceret mortem obíre,ſi hoc neceſſitatis artículus flagitaret.

¶Capite duodecímo díſcutitur an tralatío veteris teſtamentí per Ieronymum effecta, ſít omnibus alíis anteferenda.

CAeterum,vt negotío tam prolíxo fínem faciamus,tandem excutiamus,an Ieronymi tralatío ſit præferẽda ínterptationi ſeptuagínta. Et hic ſuppo natur Ieronymi tralatíonẽ probatã autẽticamque eſſe,de quo íam partim dictũ eſt, partimque dícetur ín ſequentíbus. Et prima quidẽ fronte víderi poteſt,Ieronymi tralationem nec prętantíorem,nec anteferendam eſſe,ſed potíus ediuerſo. Siquidẽ Ieronymus ípſe & Auguſtínus cõcorditer aſſerunt ínterpretationẽ ípſorum ſeptuagínta apoſtolís probatam fuíſſe, deínde Ieronymus ípſe dícit ín prologo Paralípomenõ,editionẽ ſeptuagínta ínterpretum naſcentís eccleſiæ fídem roboraſſe. Porro Auguſtinus ípſe quadam epíſtola ad Ieronymum,tralationem ípſorum ſeptuagínta cæterís omnibus præfert, dícens,hoc pacto . Omítto enim ſeptuagínta,de quorum vel conſílíí, vel maíorís ſpíritus concordía quaſí vnus homo eſſet,non audeo ín alíquam partem certam ferre ſentẽtiam,níſí quod eís præeminentem authorítatem ín hoc munímine ſíne controuerſía tríbuendã exíſtímo. Idem ſecundo líbro de doctrína chríſtíana, ſic aít, Quís huíc authorítatí conferre alíquíd , nedũ præferre audeat? Sí díxerít quíſpíam,Auguſtínum adhuc íuuenem hæc ſcrípſíſſe,quo tempore necdum víderat nouam Ieronymí tralationem. hoc nullíus eſt momentí, quandoquídem ílle ípſe ín líbro de cíuitate deí,poſtquam memínít de ínterpretatione ípſorum ſeptuagínta,& tralatíone per Ieronymum facta de hebræo ín latínum,hunc ín modum líbro decímooctauo ſubíungít. Tamẽ eccleſíæ Chriſtí tot homínum authorítatí ab Eleazaro tunc pontífice ad

hoc tantũ opus electorũ neminẽ íudícant præferendũ,quía & ſí ín eís nõ vnus apparuíſſet ſpũs ſíne dubítatiõe díuínus,ſed inter ſe verba ínterpretatíonís ſuę ſeptuagínta docti more homínum contuliſſent,vt quod placuíſſet omnibus hoc maneret,nullus eís vnus ínter pres debuít anteponi. Ex hís eĩ Auguſtíní verbís patet Ieronymí tralatíonem non eſſe præferendam. Denique cum illí ſeptuagínta non fuerínt merí ínterpretes,ſed etíam prophetę,vt ínibí dícit Auguſtínus,quíppe quí prophetíco díuínoque ſpíritu ínterpretatí ſunt quomodo ſane,vel ín quo Ieronymí tralatío prętantíor dící poſſít, non vídetur. ¶Anteaquam reſpondeatur híc ſupponendum ínterpretatíonem ípſorum ſeptuagínta trífaríam conſíderarí poſſe. Imprímís quídem vt ab eís príncípío effecta eſt. Deínde vt per aſteríſcos & obelos ab Orígene alterata eſt,atque díſtíncta . Denique vt vícíata & corrupta per ínuídíam Iudęorũ, aut certe per ſcriptorũ errorem,ímperítíam,vel negligentíam. Sí duobus eam modís poſtremís contemplemur,dubío procul dícemus Ieronymí tralatíonem eſſe præferendam , dícent & omnes quí recte ſapíunt , Quando quídem verum , & íncorruptum , præſtantíus eſt eo, quod falſum atque violatũ eſt. Sín vero prímo modo,difficultas eſt non exígua,quod hoc modo vtraque tralatío vera ac díuína putetur.

¶Dícamus tamen Ieronymí tralatíonem abſolute prętantíorem prętferendamque propterea eſſe,quod claríor,quod verior, quod potíor,quod demum plenior exíſtat. Quod enim clarior ſít ín verbís teſtatur ípſemet Ieronymus,cum multís ín locís tum vero ín prologo Iob,vbí aít,quæ obſcura erant,ſe manifeſtíora ſua ínterpretatíone feciſſe. Teſtatur & Iſídorus dícẽs tralatíonem Ieronymí eſſe veneratíorem ín ſententíís, & claríorem ín verbís. Teſtatur demum vtriuſque tralatíonís collatío mutua. Sí enim conferís líquído vídebís Ieronymí tralatíonem longe puríorem clarioremque eſſe. Deínde quod ſít verior, ex díuo Gregorío patet , quí vícesímo líbro moralíum,de Ieronymí tralatíone agens, ínquít hunc ín modum. Sed tamen quía hæc noua tralatío ex hebræo nobís,arabícoque eloquío,cuncta verius tranſfudíſſe perhíbetur,credẽdum eſt quícquíd ín ea dícitur. Quod Gregorii dictum non vídetur capiendũ de tralatíone ípſorum ſeptuagínta,vt corrupta eſt,ſed vt ab eís facta.

¶Sed díces ſí veríſſíme íllí tranſtulerunt,quomodo ígítur verior Ieronymí tralatío putanda eſt. Reſpondetur eum verius traduxíſſe, quo ad veritatem hebraícam quam propíus ín ſua tralatiõe retulít. nihíl enim ípſe Ieronymus quod ſæpíus teſtatus eſt , notabilíter de hebraíca veritate mutauít. At vero ípſí ſeptuagínta multa dixerũt alíter,quam ín hebræo haberetur. Porro quod potíor ſít ípſíus Iero

nymi tralatio,quam ipſorum ſeptuaginta,ex eo conſtat quod concília generalia vtí potíus ea conſueuerunt,quam altera,quod inquã frequẽtíus in officio eccleſiaſtico lectitetur,quod etiã in maiorí precío,ac vſu frequentiorí apud doctores habeatur,quod demum contra perfidos Iudæos ſit ad aliquid probandum efficatior. Aiunt emĩ Ieronymum fideliter traduxiſſe,ipſosvero ſeptuagínta in multis erraſſe. Deníque quod plenior ſit Ieronymi tralatio ſatis patet ex ſuperioribus,quibus dictum eſt ipſos ſeptuagínta multa prætermiſiſſe,quæ Ieronymus in ſua tralatione poſuit. Enimuero luculenter probat Ieronymus multa de veterí teſtamento citata eſſe ab apoſtolis & euangeliſtis,& in noua lege poſita,quæ apud ipſos ſeptuagínta nullo modo reperiuntur. At vero apoſtolící víri mentiti nõ ſunt. quamobrem operepreciúm eſt fateri ea ipſa,quæ citantur de veterí ſcríptura in hebræis codicíbus fuiſſe,quæ níhilomínus apud ipſos ſeptuagínta,interpretes non habentur. Ergo tralatio Ieronymí hęc complectens plenior ac fœcundior non ímmerito dícenda eſt. Quíbus animaduerſis,conficitur ipſíus Ieronymi tralationẽ & præſtantíorem,& preferendam eſſe. ¶Nec obeſt ímprímis,quod interpretatio ſeptuagínta naſcentis eccleſiæ roborauerit fidem. hoc emĩ ſatis conficit eam fuiſſe veram,atque autentícam,verum ex hoc cõcludere nõ poſſis quín ieronymíana tralatio ſit præſtantíor. Nam & de ímperfectis,aut certe mínus perfectís,ad perfectíora progredí ſolemus. Et hæc rerum natura,vt ín ſuí exordío mínus pure atq; perfecte exíſtant. Itaque ſucceſſu temporís ſacra pagina plenius ac perfectíus nobis quam ín exordío naſcentís eccleſiæ tradita eſt. Nec offícit quoque quod apoſtolís probata fuerit ínterpretatío ípſorum ſeptuagínta,quoníam probantur non ſolum quę perfectíſſima ſunt,ſed etíam quæ ſunt ín vía perfectionís. Nou enim víri perfecti ſolum probantur,ſed etiam íncípientes & proficientes. Itaque probauerunt apoſtolí tralatíonem íllam,quæ ſuo tempore ín vſu erat,necdũ fuerat certe notabíliter a Iudæís & hęretícis deprauata. Et quanquam a ſcríptorıbus íam fuiſſet ín locís nonnullís per errorem,ímperitíam aut negligentíam vícíata,íd tamen pro nihílo reputandum eſt,quoníam íd non erat ín locís ſuſpectís,& etíam quod parum eſt,pro nihílo reputarí ſolet. Cum ígítur fuerínt tunc paucíſſimi errores,& ín locís quídem,quí fídem vacillãtem mínime reddere poſſent,paſſím dícunt eam tunc fuiſſe íntegram, probatam atque autentícam. Quod autem Auguſtínus ait ínterpretatíonem ſeptuagínta nullí poſtponendam eſſe,reſpondetur Auguſtíní verba pro tempore íllo accípienda eſſe,quo Ieronymi tralatío necdũ recepta erat,ſed a líuídis paſſím vellícabatur,ab amícis vero, & píis ho

mínibus recípiebatur líbentíſſíme, a cæterís vero nec probabatur nec refellebatur penítus,ſed examinabatur. Itaque Auguſtíníverba ſunt ad íllud tempus referẽda,quo certe Auguſtínus ípſe nolebat eã palam ín eccleſíís legí,ne contra ſeptuagínta authorítatem tanquã nouum alíquíd præferendo magno ſcandalo perturbarentur plębes Chriſtí,quarum aures ínterpretatíonem veterem audíre conſueuerant,vt ípſemet aít ín epíſtola ad Ieronymum omnium reſpõſíua. At poſtquam tralatío Ieronymí dílígenter excuſſa & tandem recepta,atque probata eſt,maiorem deínceps habuít habetque apud omnes authorítatem & frequentíorí quoque vſu apud eccleſías habeť. Adhuc fateor vtítur eccleſía ínterpretatíone ípſorum ſeptuagínta in offícío díuíno quantum ad íntroítus míſſarum,reſponſoría matutínarum,alíaque íd genus nonnulla,ſed in lectionibus, concionibus cęteríſque rebus Ieronymí tralatíonem amplexantur,quam & propter cauſas íam dictas maíorís eſſe putat authorítatís, ſed íam ſatís de veteris ínſtrumentí tralatíone dictum eſt. Eamobrem ad nouí traductíonem pergamus oportet.

¶Capite decímotertío íncípítur agí de tralatíone nouí teſtamẽtí,& quíbuſdam ſuppoſítís probatur Ieronymũ tranſtuliſſe, & certe emendaſſe, ípſum nouum teſtamentum,& editíonem quoq; eíus eam eſſe,quę ín Bíblía communí habetur.



D tralatíonem ígitur nouę legís accedentes ímprímís lectorem monẽdum cenſemus quoſdã theologaſtros hac tempeſtate ſubortos,vel ínanís gloríæ flatíbus, aut certe dęmonís illuſíone pulſatos tralatíonem nouę legís,quæ paſſím ín Bíbliís habeť turpiter vellícaſſe. E quíbus vnus eo temerítatís progreſſus eſt,vt ín quadam apología ſupramodum temeraría ſcríptítarit tralatíonem ípſam,nõ ſolum nõ eſſe Ieronímí,ſed etiã ab eo mínime fuiſſe recognítã,ímmo & eam vt non ſuam ab eo refutarí. Et quod pernícioſíus eſt,taxare eã præſumpſít, pſertím ín epíſtolís paulínís,vt vícioſã parũq; iuſte effectam. Quam inſaníam vt ſacrís líterís & eccleſię ſanctę dei doctoríbuſque omnibus vehemẽter íníuríam a chriſtíanís pectoribus longíus profligare cupiens, nonnihíl præmittendum cenſuí quod rationabíliter negarí non poteſt. ¶Supponendũ ígítur duobus modís alíquem ítерretem dící poſſe. Primo quídem cum per ſeípſum vertít de vna língua ín alíam,ſíue verba reddendo verbís,ſíue quod probatíus eſt,ſenſum exprímendo de ſenſu. Altero vero cum per ſe ípſum nõ íta vertit,ſed opus ab alío elaboratum examínat, reſtítuit caſtígat,& quando opus eſt, alíqua tranſfert alíter,ac demum opus

ipſum probat,legendumq; publice edit. Quod enim hic modus ſit acceptandus,conficitur imprimis ex Ieronymo,qui in prologo galeato hunc in modũ ait. Quicquid enim crebrius vertendo & emẽdando ſollicitius,& didiſcimus,& tenemus,noſtrum eſt. Itidem ex libro de viris illuſtribus,hoc etiam probatur, vbi de Petro apoſtolo agens ipſe Ieronymus,ſic infit. Sed & euangeliũ iuxta Marcum, qui auditor eius,& interpres fuithuius, dicitur. Vides vt euangelium a Marco elaboratũ dicat eſſe Petri apoſtoli, quia ſcilicet Petrus ipſum probauerat,& eccleſię legendũ ſua authoritate ediderat. Similiter Ieronymus ipſe loquens de Luca euangeliſta refert quoſdam putare cum Paulus in epiſtolis ſuis dixit. Iuxta euãgelium meum de Luca ſignificare voluiſſe,igitur quod examinatum & probatũ eſt, ab aliquo poteſt ſane dici illius eſſe. Quod & probatur rurſus ex iuriſconſulto hoc pacto dicẽte,noſtra facimus,quibus authoritatem impartimur,probatur denique conuenienti ſimilitudine. Si enim aliquis ludi magiſter ſuo tradat diſcipulo aliquid vernaculi tematis vertendum in latinum ſermonem, ſi poſtea præceptor ipſe quod a diſcipulo verſum eſt,caſtiget,ac probet,dubio procul ipſi præceptori aſcribetur. Etenim ſi quicpiam erroris ibi offendatur, in dedecus vergit magiſtri. ¶His premiſſis iam probemus ſacrum Ieronymũ nouum teſtamentum aut primo,aut certe ſecundo modo tranſtuliſſe,imprimis teſtimonio eius qui multis in locis hoc ipſum aſtruit. Siquidem in epiſtola ad Damaſum papã,quæ & quatuor euangeliſtis præfigitur,id ipſum aperte teſtificans hunc in modum inquit. Nouum opus me facere cogis ex veteri,& poſt exẽplaria ſcripturarum toto orbe diſperſa,quaſi quidã arbiter ſedeã,& quia inter ſe variant,quæ ſint illa quæ cum græca conſentiant veritate decernam. Et ſubdit. De nouo nunc loquor teſtamento,quod gręcum eſſe non dubium eſt,excepto apoſtolo Matthæo,qui primus in Iudęa euangelium Chriſti hebraicis literis edidit. Et paulopoſt. Igitur hæc præſens præfaciuncula pollicetur quatuor tantum euãgelia, quorum ordo eſt iſte. Matthęus,Marcus,Lucas,Ioannes,codicũ græcorũ emendata collatione,ſed veterum,quæ ne multum a lectionis latinæ cõſuetudine diſcreparent,ita calamo imperauimus, vt his tãtum quæ ſenſum videbantur mutare correctis,relíqua manere pateremur,vt fuerant. Ex his enim verbis luce meridiana clarius conſtat Ieronymum ipſum quatuor euangelia ſecundo modo traduxiſſe,hoc eſt emendaſſe,atq; reſtituiſſe. Quod & ex quadam epiſtola ad Marcellã, conſtat,in qua reſpondens eis, qui calumniabantur quot euangelia emendaſſet,hunc in modum ait. Poſt priorem epiſtolam,in qua de hebræis verbis pauca perſtrinxeram,ad me repente perlatum eſt

quoſdam homũculos mihi ſtudioſe detrahere,cur aduerſum authoritatem veterum,& totius mundi opinionem aliqua in euangeliis emendare tentauerim. Quos ego cum poſſem meo iure contemnere,aſino quippe lyra ſuperflue canit,tamen ne nos ſuperbię (vt face re ſolent) arguant,ita reſponſum habeant,nõ adeo me hebetis fuiſſe cordis, & tam craſſæ ruſticitatis,quam illi ſolã pro ſanctitate habent piſcatorum ſe diſcipulos aſſerentes, quaſi idcirco iuſti ſint, ſi nihil ſciuerunt,vt aliquid de dominicis verbis aut corrigendum putaremus,aut non diuinitus inſpiratum, ſed latinorum codicum vicioſitatem,quæ ex diuerſitate librorum omnium comprobatur ad græcam originem,vnde & ipſi tranſlata non denegant voluiſſe recurrere. Vides vt Ieronymus euangelia emendauerit ad græcanicam veritatem. ¶Sed pergamus ad reliquos noui teſtamenti libros,& probemus Ieronymũ traduxiſſe paulinas epiſtolas,actuſque apoſtolorum ex prologo, qui ipſis actis præfixus eſt. Ibi enim Ieronymus profitetur ipſas paulinas epiſtolas,& actus quoque apoſtolicos ſe traduxiſſe, dicens hoc pacto. Poſt apoſtoli Pauli epiſtolas dudum vobis vno volumine tralatas dommon,& rogatiane cariſſimi actus apoſtolorum compellitis, vt tranſferam in latinum. Et ſubdit. Ceruices premit impoſita ſepius oneris magnitudo, quia ſtudia inuidorum reprehenſione digna putant ea, quæ ſcribimus. Ecce Ieronymus dicit ſe tranſtuliſſe Pauli epiſtolas,actuſque apoſtolorum. An vero proprie traduxerit, vel ſolum emendarit,incertum mihi eſt. Nam licet Auguſtinus ad eum ſcribens, eique gratulans quod edidiſſet euangelia, tralationis verbo vſus fuerit, tamen Ieronymus ei reſpondens, emendationis verbo vſus eſt. Ergo Ieronymus ipſe vel proprie tranſtulit, vel certe recognouit,atque emendauit. Quod & ex præfata epiſtola ad Marcellã conſtat. Ibi enim Ieronymus ipſe ſic ait. Reuertamur ad noſtros bipedes aſellos,& illorum aure buccina magiſquam cythara concrepemus. Illi legant ſpe gaudentes,tempori ſeruientes. Nos legamus domino ſeruientes. Illi aduerſus presbyterum accuſationem omnino non putent recipiendam. Nos legamus, aduerſus presbyterum accuſationem ne receperis,niſi ſub duobus aut tribus teſtibus,peccãtes autem coram omnibus argue. Illis placeat humanus ſermo, & omni acceptione dignus. Nos cum Græcis,id eſt cum apoſtolo, qui græce locutus eſt,erremus. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Ex his enim Ieronymi verbis aperte conſtat eum græce fidei reddidiſſe,ſeu emẽdaſſe cõmunem paulinarũ epiſtolarũ editionẽ. Siquidem cõmunis editio continet,vt præfatis in locis retulit ipſe Ieronymus. Primus enim habetur ad Romanos capite duodecimo.

Secundus vero primę ad Thimotheum quinto. Et denique tertius in eadem epistola capite primo. ¶ Porro quod Ieronymus ipse epistolas Pauli recognouerit, satis colligitur ex capite septimo, libri primi, contra Iouinianum, vbi sic ait. Qui sine vxore est sollicitus est, quæ domini sunt, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Intueamur curarum virginis maritique distantias. Virgo domino, marítus vxori placere desiderat. Et subdit. Non est huius loci nuptiarum angustias describere, & quasi in communibus locis rethorico exultare sermone. Plenius super hac re contra Heluidium, & in eo libro quem ad Eustochium scripsi, arbitror absolutum. Et rursus. Nunc illud breuiter admoneo in latinis codicibus hunc locum ita intelligi, diuisa est virgo, & mulier. Quod quanquam habeat suum sensum, & a me quoque pro qualitate loci, sic edisertum sit, tamen non est apostolicæ veritatis. Siquidem apostolus ita scripsit, vt supra transtulimus. Sollicitus est, quę sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et hac sententia diffinita transgreditur ad virgines, & continentes, & ait. Mulier innupta, & virgo cogitat quæ sunt domini, vt sit sancta & corpore, & spiritu. Ex his enim Ieronymi verbis patet eum emendasse id quod in latinis codicibus male legi solitum erat, & quomodo ipsemet antea contra Heluidium fuerat vsus, antequam veriora exemplaria habuisset. Item in eodem capite septimo contra præfatum Iouinianum agens, & verba Pauli apostoli citans, hunc in modum ait. Hoc autem ad vtilitatem vestram dico non vt laqueum vobis iniiciam, sed vt ad id quod honestum est, & intente facit seruire deo absque vlla distractione vos adhorter, propriętatem græcam latinus sermo non explicat. Et subdit. Vnde & in latinis codicibus ob tralationis difficultatem, hic penitus non inuenitur, vtamur igitur eo quod vertimus. Ex his enim sacri Ieronymi verbis constat id quod in Biblia latina præfatis verbis primę ad Corinthios septimo, per ipsum Ieronymum traductis correspondens nunc habetur, scilicet porro hoc ad vtilitatem vestram dico non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat, sine impedimento dominum obsecrandi fuisse per ipsum Ieronymum additum, & de græco fuisse versum aliter, quam antea, quando scilicet imposita sibi per Damasum papam huiuscemodi prouincia profundius rem expendit, & diuino quoque adiutus auxilio, ad sensum spiritus sancti, nouum testamentum edidit. Cum enim in latinis codicibus illa particula propter difficultatem tralationis non inueniretur vt ipse Ieronymus ait,

Quis eam præter Ieronymum ipsum addidisse putandus est? nemo plane, sed ipse cæteris omnibus latinis doctior, illam particulā de græco traduxit, & Bibliæ per eum correctæ addidit. Itaque Ieronymus paulinas epistolas dubio procul restituit ad græcā veritatē.
¶ Sed iam ad reliquos noui testamenti libros transeamus, in quibus secundum communis Bibliæ ordinem sequuntur actus apostolorum, de quibus cum iam dictum ac probatum sit ex prologo, eos a Ieronymo fuisse traductos, restat probare editionem illam, quæ in Biblia ecclesiæ habetur, eam esse quam sacer Ieronymus fecit.
Hoc enim ex Beda confici potest, qui exponens illud, quod actuum, quartodecimo habetur, quem, & apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare, sic ait. In hoc loco quidem nostri codices minus habent aliquot versus, qui in græco ita leguntur, quem apprehendimus, & secundum nostram legem voluimus iudicare. Transiliens autem lisias tribunus cum multa vi de manibus nostris eduxit, iubens eius accusatores ante te venire, quo possis ipse diiudicans de omnibus istis cognoscere. hæc ille. At qui nulla hodie reperitur Biblia latina, quæ verba præfata non habeat. Quapropter conficitur Bibliam communem recognitam fuisse, & non nisi a sacro Ieronymo, vel detur ille, qui hoc fecit. Quis enim alius hoc rectius fecisse putandus est? Quandoquidem, nec alteri cuiquam tam olim huiuscemodi prouincia imposita est, præterquam Ieronymo.
¶ Quantum vero ad epistolas canonicas, quæ a græcis catholicæ dicuntur, patet Ieronymum ipsum eas emendasse, ex prologo earum, in quo ipse hunc in modum ait. Sicut euangelistas dudum ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini deo iuuante reddidimus. Et paulopost ipse quæritur ab infidelibus translatoribus multum erratum esse a fidei veritate, quæ trium tantummodo vocabula, hoc est aquæ, sanguinis, & spiritus, in sua editione ponentes, patris, verbi, ac spiritus testimonium in epistola prima Ioannis omiserunt, in quo tamen & fides roboratur, & patris, & filii, & spiritussancti vna diuinitatis substātia comprobatur. Et denique hoc modo subiungit. In cęteris vero epistolis quantum a nostra aliorum distet editio, lectoris prudentię derelinquo. At vero quod Ieronymus cōquerebatur deesse in latinis codicibus, hoc in Biblia communi inuenitur. Quapropter ab ipso Ieronymo recognitas fuisse canonicas epistolas satis aperte constat, vtpote quas grecę veritati, atq; ordini restituit. ¶ Denię quantū ad Apocalipsim pertinet quāuis non ita palā, ac peculiariter legatur Ieronymū, vel tra duxisse, vel emendasse, tamen sufficenti ratione id ipsum cōficitur.

¶Enimuero ait Ieronymus ipse in libro de viris illustribus, se nouum testamentum græcæ fidei reddidisse, vt iam dictum est.
At qui apocalipsis pars est noui testamenti. Deinde cum Damasus papa ei mandasset totum nouum testamentum græce fidei reddere nunquid putandus est aliis restitutis, solam Apocalipsim inemenda tam dimisisse? Minime sane. Nouerat enim in sacrificio caudā offerri debere, hoc est in bono opere perseuerandum esse, nec sufficere ea quę nobis iussa sunt inchoare, nisi ad finem negotium inceptum deducere curemus. Itaque Ieronymus sanctissimus perfectam seruauit obedientiam, & negotium sibi commissum ad coronidem vsque perduxit. Quibus animaduersis, conficitur Ieronymum nouū testamentū vel proprie ędidisse, vel certe emē dasse, atq; restituisse, vt par erat. Qui aliter sentit, prorsus īsanit, vtpote qui apertissimis testimoniis reluctetur. ¶At forte præfatis victus testimoniis fatebitur aduersarius veritatis Ieronymum quidem nouum testamentum græcę fidei reddidisse, sed adhuc inficiabitur editionem, siue restitutionē ipsam quam ędidit nos habere. Dicet enim pertinaciter que asseret tralationem quæ in Biblia passim habetur, ab ipso Ieronymo factam non esse, sed nec recognitam quidem. Verum vt hāc tergiuersationem refellamus, ostēdamusque prorsus ineptam esse. Quærimus imprimis si nostra tralatio non est ea, quam Ieronymus ędidit, vbinam igitur est editio illa, quam se fecisse tam multis in locis profitetur? Si dixerit aduersarius fortasse periisse, nisi tempus, bonus repertor rerum nepotibus restituat. Hoc ridiculum. Ergo ne tam diligenter præfationes reseruatę sunt, & editio ipsa misere periit? Nonne pluris est editio, quam præfatio? Cum igitur habeantur præfationes nonnullę de editione mentionem facientes, ineptū est dicere editionem ipsam periisse.
¶At dicit veritatis aduersarius ex ipsis prologis confici non posse ipsam tralationem esse Ieronymi, cum in vetustis codicibus complusculis illa inueniatur cum argumentis & epistolis aliorum, quæ aut Isidoro aut alii cuipiam etiam vetustiori ascribunt.
¶Satis demiror quonam pacto hic sciolus cū stesichoro ita perdiderit oculos, vt lumen veritatis non videat. Dicat quæso quinam sunt illi codices, in quibus prologi contineantur alii, quam ipsius Ieronymi, qui de tralatione mentionem faciant? Satis dormitauit iste non intelligens aliud esse præfationem de tralatione agentem aliud argumentum rei, quæ tractatur. Esto igitur Isidorus & alii fecerint argumenta quædam, quibus succincte rem ipsam narrant, nunquid prologos fecerunt, in quibus dixerunt se sacræ scripturæ editionem fecisse? proferantur in medium.

¶Sed insultat & dicit, esto Ieronymus traduxerit, non continuo sit ergo traductio Ieronymi ea est, qua passim vtuntur ecclesiæ. Fateor illud consequium non esse demonstratiuum. Neque enim negotium hoc flagitat. Sed dicimus consequentia topica multumq; probabili, & quam nullus sanæ mentis negare debet, ex prologis, quos Ieronymus suę editioni præfixit, sane confici Ieronymū ipsum nostræ tralationis authorem fuisse, hoc addito quod insanū sit dicere prologos fuisse reseruatos, & tralationē ipsam periisse. Adde quod non solum hac ratione nitimur, sed aliis quamplurimis, quas iam subiicere certum est. ¶Imprimis quomodo credibile est idipsum, quod pro ecclesiæ vtilitate diuinitus elaboratū fuisse creditur, adeo negligenter periisse, vt ne vllæ quidem supersint reliquiæ, nūquid quæ diuinitus facta sunt tam leuiter pereunt? Creditum enim semper est a piis catholicisque viris, Ieronymum ad id negotii diuinitus fuisse delectum. Quomodo inquam verisimile est diuinum opus periisse, quod summi pontificis iussu & multorum quoque aliorum illustrium precibus effectum est, quemadmodum ex prologis liquet? Nonne Ieronymus credendus est ad eos transmisisse, quod eorum contemplatione desudauerat? Ita sane. Quomodo igitur putandum est eos siuisse tam vtile opus aliquando perire? Si tam diligentes ac solliciti fuerunt in quærendo, quomodo ita negligentes in conseruando fuisse putandi sunt? ¶Insuper si Ieronymus per oppida, castella, monasteria, aliaque loca mittēdam curauit eam quā de veteri testamento fecerat interpretationem, quemadmodum ei maledicus Ruffinus obiicit, quid putanduum est de noui testamenti editione, quæ ecclesiis Christi magis necessaria erat, quod videlicet tot essent tunc temporis exemplaria, & quidē inter se diuersa, quot codices, & propterea veritas nouæ legis nec certa, nec satis comperta tum habebatur? Quid si obdurata fronte perseuerans dicat aduersarius eam publicatam non fuisse, affero in promptu testimonium quod aperte durissimam frontem eius conterere possit. Enimuero luculenter ex diuo Augustino conficitur ipsam editionem fuisse per orbem diuulgatam. Siquidem ad ipsum Ieronymū scribens his verbis vtitur. Proinde nō paruas deo gratias agimus de opere tuo quod euangelium ex græco interpretatus es, quia pene in omnibus nulla offensio est, cum scripturā græcam contulerimus. Vnde si quisquā veteri falsitati contentiosus fauerit, prolatis, collatisque codicibus vel docetur facillime, vel refellitur. Et si quædam rarissima merito mouent, quis tam durus est, qui labori tam vtili non facile ignoscat, cui vicem laudis referre non sufficit. Ex his enim diui Augustini verbis aperte liquet ipsam editionem, ad Augustinum vsque

peruenísse,quí ab ípso Ieronymo dístantíssímus erat. Sed & ípse Ieronymus huius quoque rei memínit ín epístola prima ad ípsum Augustínum respónsíua,vbí hũc ín modum ait. Et sí me vt dícis ín noui testamentí emendatíone súscípis,exponíque causam cur súscípías,quía plurimí línguę græcę habentes scientiam, de meo possínt opere iudícare eandem íntegrítatem debueras etiã in veterí credere testamento. Nonne ex his aperte vides Ieronymí editionem publícatam díuulgatamque fuísse.

¶ Porro ílla opera quę Ieronymus ín de vírís íllustríbus, dícit se fecísse,mínime perierunt,sed adhuc extant,habenturque in vsu,quomodo ígitur credíbile est recognitionem noui testamentí, quæ ibí cum alíís enumeratur,periísse,& alía opera, quæ mínoris sunt momentí fuísse reseruata? Ergo ne sola chrístíanę legís basis deperdíta est? Vídes ne quammagnę negligentíę atque incurię ínsímules íllíus temporís patres,quí potíssímum opus,& quod maiorí curę habẽdum fuerat,perire tuo iudício síuerunt. ¶ Insuper cum tralationem veteris testamentí ab ípso Ieronymo effectam,quæ símíliter præfato ín líbro nomínatur,in communí Bíblía habeamus, quemadmodum superius a nobís díffuse probatum est,díc obsecro,quomodo periit noui testamentí restítutio, & veteris editio hactenus reseruata sit? Adde sí verum hoc esset diuersorum interpretum editiones haberemus ín veterí,nouoque testamento. At hoc est absurdum,quod Bíblía níhil aliud víderetur quam opus quoddã a duobus fabris adferrumínatum. Quod sí forsan ímpudenter admíttas, díc oro, quis fuit tam audax faber,quí huiusmodí adferrumínatiõe attentauit? Ad hæc cum tempore Ieronymí multę essent noui testamentí tralationes latínę,quemadmodũ ait Augustínus ípse de doctrína chrístíana,& ípsemet Ieronymus testatur ín epístola ad Damasum sí ea qua passím vtitur eccleśia nõ sit a Ieronymo recognita,cur obsecro potíus recepta quam cęterę? cur Bíblię ínserta cum tralatione veteris testamẽtí,quę Ieronymí esse non dubítatur? quíd demum habet commune nouę legís edítio cũ veteris ínstrumẽtí tralatione,sí vtraque ab eodem authore profecta non sít? Sed & cum fatearís cõmentarios sub nomíne Ieronymí edítos eíus esse, quod asseruit Ieronymus ípse se fecísse commẽtarios,& passím eíus esse putentur,cur nõ eodem iure profiteris tralationem quæ ín Bíblía communí est, esse eíus,præsertím cum ílle aperte díxerít se nouum testamentum grecæ fídeí reddídísse, & passím omnes dícant edítionem,quam fecít ín nostra Bíblía contíneríˀ ¶ Forsan dícis ex ípsíus Ieronymí commentaríís palam deprehendi tralationem,quę ín Bíblía est, eíus nõ esse, quod scílícet eam reprehendat. Ostendo hanc euasionem nul-

lam penítus esse,ím primís quod textus ílle,quí Ieronymí commentaríís ínsertus est,& quem ínterdum carpit ac dírígít,non est omnínó símílís eí,quí ín nostra Bíblía habetur,quemadmodum líquet ex collatione mutua. Deínde esto Ieronymus editionẽ veterem ín nõnullís príncípío carpserít,non tamen conficítur propterea quín post ea recognouerít,& correctís quibusdã,relíqua remanere pmísít, vt fuerant,quapropter ex eíus commentaríís cõficere non possís, quín restítuerít tralationem communem quantum per rationem faciendum esse cognouít. Præterea quomodo Ieronymus tanto pere curauít suís latínís dare veterem legem fídelíter,& neglexít nouã legem eís tradere magís necessaríam,quam & mínorí labore eís contradere poterat,quod grecam línguam noscet a puero,cum tamẽ hebream magno labore postea dídíscísset? Quíd plura? A mílle annís & supra cœtusomnís chrístíanorum,tam doctorum quam ínerudítorum tralationem,quæ ín Bíblía communí est, ab ípso Ieronymo, vel edítam,vel certe recognítam,atque probatam semper credídít. Putas ne omnes ín commune tam turpíter fuísse hallucínatos? Putas ne omnes synodos vníuersales, quæ huíusmodí tralatione tanq̃ a Ieronymo probata,atque restítuta vse sunt,hactenus errasse?

Díc quís probatus author eam a Ieronymo factam vel certe emendatam ínfícíatus est vnquam? ¶ At dícís síngulos quosque doctos, & íncolumí íngenío pollentes probe nosse non esse ieronymianũ opus, & rationem reddens ais,quía Ieronymus eam confutat redarguít,& damnat. Díc precor quínam sunt ílli síngulí docti? Nomẽ non habent? Sed & cũ síngulos doctos vníuersalíter dícas, quís tuã ferat ínsanían? cum nec vnum quídem producere doctum possís. Et sí forte vnus vel alter ínueníretur,quí hoc díxísset,profecto tuí símílís esset,hoc est fantastícus arrogans,& somníator ineptus.

¶ Denique cum nulla possít afferrí,vel certa reuelatío,cuí merito fídendum sít, vel ínfalíbílís authorítas,vel demum efficax dílucidaque ratío,qua confící possít decenter noui testamentí editionem ín Bíblía posítam,non fuísse a Ieronymo elaboratam, vel certe recognítam atque probatam,scandalosum,& temerarium,ímmo & ínsanum penítus est secus putare. Non eñ quę vetustate recepta sunt, debẽt tam leuíter ímprobarí. Et ínsaní homínís est quę passím probantur,cítra iustíssímã causam refellere velle. Cum ígitur níhil sít huíuscemodí causę ín hoc ípso negotío,quod díscutímus, nulla ínquam probata authorítas,nullaque ratío sufficiẽs ín medium afferrí possít,quę a communí sententía quẽpíam dímouere debeat,plane stolídum fuit palam oppostum scríptítare. Enímuero ratiuncułę,quę ab ístís neotherícís ex aduerso depromí solẽt,prorsus ineptæ

ſunt,ac ſophiſticę. Et miror cum tam vehementer ſophiſmata de-
teſtentur,& iugiter clamitare non ceſſent ſophiſtas,ſophiſtas,tamē
nihil niſi ſophiſticum ab eis produci,præſertim cum aliquid proba
dum ab eis aſſumitur contra cōmunē ſententiā. Nihil enim eis ma
gis ſophiſticum inuenias,ſi diligenter conſideres. Sed hoc ſolum de
prehēdes diſcriminis inter iſtorum & eorum quos ſophiſtas acbar-
baros vocant,ſophiſmata,quod horū ſint inculta,nullo ꝙfuco opera
ta,ſed acriora tamen. Illorum vero latiniſatorum ſophiſmata ſint
culta ac phalerata,quæ & propterea facilius aliciunt gratiuſq; a pru
rientibus auribus recipiuntur,& demum ſciolos pernicioſius deci-
piunt. Denique vt finis huiuſmodi probationibus imponatur, Ro-
mæ ex authoritate papę oſtenditur tanquam reliquię luminaribus
ſemper accenſis codex Biblię,qui ſcriptus cirographo Ieronymi fer
tur. Et quanquam valla hoc refutet,nihil tamen affert iuſtæ proba
tionis. Cum enim ait,res magis Ieronymi manu indicat ſcriptā nō
eſſe,plane ridiculum. Nunquid Valla cyrographū literam, ſeu ſcri
bendi modum Ieronymi nouit? nunquid ab aliis diſcernere potuit?
At iſte Valla tantæ fuit arrogantiæ,vt omnia carpſerit,& tātę quo
que mordacitatis,vt plane ſit mirum,ſi alicubi ſeipſum nō momor-
derit. Verum vtcunque res habeat de codice illo,certum eſt ex his
quæ dicta ſunt,Ieronymum ipſum nouum teſtamentum vel tradu-
xiſſe vel emendaſſe.

¶ Capite decimoquarto quędam afferuntur garrulitates,quibus
neothericus quidam probare nititur Bibliam communem a Ierony
mo,nec tralatam,nec emendatam fuiſſe,quæ & ipſæ diluuntur.

Sed iam excutiamus ſophiſticas ratiunculas,qui
bus iſti neotherici ſuam veſaniam tueri conan-
tur. Dicunt enim imprimis editionem quā vul
gatam nuncupant,ex ipſomet Ieronymo proba
ri eius nō eſſe. Enimuero facer ipſe Ieronymus
(vt aiunt) huius editionis interpretem vt alium
citat,non vt de ſe,ſed de alio loquens quem & la
tinum interpretē appellat,ſecundo ad Galathas capite,& frequēter
quoque vellicat,inſcicięque accuſat,quod eiuſdem epiſtolæ capitu-
lo quinto,& primo ad Titum capite, luculenter apparet. Cernere
enim ibi eſt Ieronymum aliquando dicere interpretem latinū ma
le fuiſſe interpretatum,interdum vero ambiguitate verbi deceptū
& ſenſum potius ſuum quam pauli verba tranſtuliſſe. Itidem inter-
pretationem ipſam nominat vulgatam editionem multis in locis.
Denique ſi quis diligenter intueri velit,comperiet ab ipſo Ierony-
mo in tribus commentariorum libris epiſtolę ad Galathas latinum

interpretem,& noſtram vulgatam editionem notatam vndeuige-
ſies,in commentariis quoque ad Epheſios quinquies,& vigeſies, in
explanationibus ſimiliter epiſtolarum ad Titum,& Philemonem
frequenter. Cum igitur editionem communem Ieronymus ipſe cō
futet redarguat,ac dānet,quis ſane dicere poterit eā Ieronymi eſſe?
¶ Reſpondere volentes primum a te percontamur,ſi negauerimus
hos commentarios,quos ais eſſe Ieronymi,quomodo probabis? for
taſſe dices,quia Ieronymus teſtatur ſe commentarios feciſſe, quod
& tituli prologique hoc ipſum indicant,quod demum palam hoc af
ferītur. Reſponde igitur ſi hæc tibi ſufficienter probant commēta-
rios illos eſſe Ieronymi,cur ſimiles rationes non tibi perſuadent cō
munem tralationem eius etiam eſſe? Teſtatur etenim ipſe nouum
ſe teſtamentum recognouiſſe,hoc & prologi indicant, & demū ita
conſtanter hoc ipſum paſſim aſſeritur,vt demens putetur,qui aliter
ſentiat. Dicis forte commentarios ſtilum Ieronymi redolere,editio
nem vero communem minime,Hoc ridiculum eſt, cum aperte te-
ſtetur Ieronymus ipſe ſtili elegantiam ſacris in literis non eſſe quæ-
rendam. Quapropter ex ſtili qualitate non poſſes conficere editio-
nem illam Ieronymi non eſſe. Denique longe abſurdius ac periculo
ſius eſt negare editionem communem nullo modo eſſe Ieronymi,
quam commentarios illos. Age vero ſi dixerimus commentarios il
los fuiſſe ab ęmulis deprauatos,vt ſcilicet glorię Ieronymi detrahe-
rent,eumque redderent exoſum,quod auſus fuiſſet communem edi
tionem vellicare,quęrimus ex te quonam modo id refelles? Forte ri
debis,diceſque hoc ipſum riſu potius quam reſponſione dignum.
Et nos quoque cachinum attollemus,dicētes tuam inſaniam nihil
reſponſionis mereri,ſed grauī duntaxat animaduerſione dignam eſ
ſe. Dic obſecro cenſor literarum, ſi tralatio ſeptuaginta interpretū
deprauata fuerit,vt fuit,quemadmodum ex Chriſoſtomo, Ambro-
ſio,Ieronymo,& Auguſtino antea probauimus, quid abſurdum tibi
videbitur,ſi dixerimus cōmentarios Ieronymi a liuidis falſatos fuiſ
ſe? Neque tamen id aſſerere velim, quod & mihi commentum vi-
detur,obieci tamen,vt oſtenderem rationem tuam,quam putas for
tiſſimam,etiam apparenti euaſione deludi poſſe.

¶ At his prętermiſſis,veram aggrediamur reſponſionē, dicamuſq;
imprimis Ieronymum in ipſis commentariis,in epiſtolas paulinas
non ſua tātum,ſed aliena quoque frequenter referre. Quod & ipſe-
met teſtatur,nō ſemel dicens ſe multorum opiniones,etiam nomi-
nibus tacitis poſuiſſe,vt prudens lector videret quid magis eſſet te-
nendum,& vt aliquid proferatur in medium, ex prologo explana-
tionum in Ieremiam hoc probatur. Ibi enim de ſuis obtrectatoribus

querímoníam faciens, quí non tantum verba, ſed ſyllabas quoque verborum calumníabantur, ita ſubíungít. Vt nuper índoctus calũníator erupít, quí cõmentaríos meos ín epíſtolã Paulí ad Epheſíos, reprehendendos putat, nec íntellígít, nímía ſtertens vecordía leges commentaríorum, ín quíbus multę díuerſorũ ponuntur opíníones, vel tacítis, vel expreſſís authorum nomínibus, vt lectoris arbitrĩũ ſít, quíd potíſſímum elígere debeat decernere, quod & prímo eíuſdem operís líbro præfatus ſum me vel propría, vel alíena dícturum & ípſos commẽtaríos tam veterum ſcríptorum eſſe, quam noſtros. Quod non vídens præcurſor eíus grunníus olím víſus eſt capere.

Idem quoq; Ieronymus ín prologo epíſtolę ad Galatas dícít ſe Orígenís commentaríos fuiſſe ſecutum, dícít & accíto notarío, vel ſua vel alíena ſe dictaſſe, quemadmodum íbí vídere eſt. Porro prímo líbro cõtra Ruffínum ídem teſtatur, cum aít ſe fuiſſe ſecutum ín cõmentaríís ad Epheſíos Orígenem Dydímum & Appolínarem, quí ínter ſe cõtraría habent dogmata, ac demum declarat quodnam ſít commentatoris officium. Nempe íd eſt (vt aít) alterius dícta edíſſere, quę obſcure dícta ſunt, pleno ſermone manifeſtare, & demũ multorum ſentẽtías replícare, vt prudens lector cum díuerſas explanatíones legerít, & multorum vel probanda, vel ímprobanda dídíſcerít, índícet quíd verius ſít, & quaſí bonus trapezíta adulterínæ monetę pecunıam reprobet. Denique ín epíſtola quadam ad Auguſtínum agens de reprehenſíone Petrí obíícít Auguſtíno, quod non legerat præfatíonem ſuam, ín qua díxerat ſe vel ſua, vel alíena dictaſſe, & ſe non definíte íd defendere, quod ín alíís legerat. Et ſubíũgít ín hunc modum. Ego ín paruo tuguríunculo cum monachís íd eſt, cum compeccatorĩbus meís de magnís ſtatuere non audeo níſí hoc íngenue confíterí me maíorum ſcrípta legere, & ín commentaríís, ſecundum omnium conſuetudínem varías ponere explanatíones, vt e multís ſequatur vnuſquíſque quod velít. Quod quídem te puto (ĩquít) ín ſeculari líteratura, & ín díuínís líbrís legíſſe & probaſſe. Cũ ígít Ieronymus ípſe partí ſua partí alíena íbídem dícat, nõ erít abſurdum putare ea quæ aduerſarius cítat, non de ſuo, ſed de alíeno Ieronymum ípſum poſuíſſe, ac retulíſſe quíd ſolítum eſſet contra communem editionem opponí, quemadmodum ſe feciſſe teſtatur, de Daníele ſecundo contra prędatum Ruffínum líbro, vbí calumníatorí reſpõdens, aít ſe retulíſſe quod hebręí aduerſum Suſannę hyſtoríam, & trium puerorum hymnũ ſolerent dícere, ſed non explícaſſe quíd ſentíret. Itaque non poteſt ex præfatís commentaríís ſolídũ efficaxque argumentum depromí, ad probandum Ieronymum nullo modo fuiſſe noſtrę tralationís authorem. Denique vt potior re-

ſponſío adferatur, dícímus íd quod res eſt, fuíſſe quandam ædítionẽ vulgatam nouí teſtamẽtí, qua paſſím vtebatur eccleſía tempore Ieronymí, quę cæterís pene ínnumerís potíor habebatur, acvetuſtíor, vtpote quę príncípío fídelíter, díuínítuſque ab alíquo, ſed íncerto authore effecta fuerat. Iueptíſſímum enim eſſet putare ſedem apoſtólícam, eccleſíamque latínam, ſíne noua lege quadríngentos annos duraſſe. Sed longe ínepтíus eſſet dícere eccleſíam ípſam nunquam ante Ieronymum ſanam nouí teſtamentí ędítíonem habuíſſe.

Ergo fuit ab ínítío vulgata quædam ędítío díuína, atque autentica, ſed temporum ſucceſſíone per ſcríptores, aut certe fídeí hoſtes vícíata atque deprauata. Et níhílomínus alíæ quoq; pene ínnumerę fuerunt tunc temporís, vt pene tot eſſent exemplarıa quot codíces. Quapropter non ſatís compertũ erat, cuí potíus fídes tríbuenda foret. Ieronymus ítaque tralationem íllam, quæ doctís, catholicíſque vírís magís probabatur, & communí ín vſu erat, commentatus eſt. Sed & ante eum Hylarıus, Ambroſíus, alííque nõnullí latíní etíam commentaríos ín nouum teſtamentum ędíderant, ínterdum varío textu vtentes. Sed & Auguſtínus mínor natu ínterdum alíter cítat, quam habeat Bíblía noſtra. Et vt cætera pręteream agens de Aſcenſíone domíní, ſíc aít, quodam pulchro ſermone. Domíne ſí hoc tempore prędentaberís, & quando regnum íſrael, cũ tamen ín Bíblía noſtra alíter habeatur, ſcílícet, domíne ſí ín tẽpore hoc reſtítues regnũ íſrael. Ergo ãtequãvna certa tralatío paſſím ab eccleſía probaretur varię tralatíones habebantur, & ípſa quoque ędítío vulgata díuerſa erat. Quod anímaduertens Ieronymus ſímulque ínſtígatíone Damaſí papę & multorum quoque alíorum precíbus ímpulſus, ędítíonem communem dílígentíſſíme examínauít, & græcorum codícũ ſed veterum, quí fídelíores putabantur, collatione emendauit quantum pro ratíone víſum eſt, & demum ſuam cenſuram adhíbẽs eam vt ſanam, & catholícam legendam eccleſíís dereliquit. Qua ín re (ſí neſcís) plus fecit, quam ſímplex ínterpres. Imprímís plus dílígentíæ, ac laboris hoc modo ínſumpſit. Enímuero ſí codícem vnũ græcum vertíſſet ín latínum, non tantum laboris habuíſſet quãtum varíos codíces, & eos quídem antíquíores, ac veríores, quærendo legendo, conferendo, & ſíngula quæque verba díſcutíendo. Fuit etgo maíorí & labore & erudítíone opus, quam exígatur ad ſímplícẽ ínterpretatíonem faciendam, vt notum eſt. Demum vt arbíter quídã ſelectus ſuam adhíbuit cenſurã & editíonem a ſe decenter recognít amprobauít, probatamque vt fídelem & autentícam eccleſíaſtícę poſteritatí relíquít. At vero maíoris eſt hoc momentí quam ſímplícíter ínterpretantur, ſolent íudí-

cio lectoris relinquere,quod & Ieronymus in aliis operibus fecit.
Sed iudicium adhibere arduũ est,ac periculosum,quod Ieronymus ipse fecit in Biblię tralatione,siue editiõe. Itaque si quippiam esset erroris,vel in interpretatione,vel etiam in scriptura ipsa,quæ versa est.ipsi Ieronymo imputaret,quod simplici tradutori fieri sane nõ potest.Diceret enim si falsa sit scriptura,quam transtulit,nihil ad se pertinere,sed satis esse,quod fideliter,vt erat in exemplari, traduxerit. Quibus animaduersis conficiendum est Ieronymum ipsum potius nostræ tralationis interpretem esse dicendum,quam illum,qui primum interpretatus est,immo si Ieronymus simpliciter siue primo vertisset,non tam magnificus fuisset interpres,quam fuit altero modo transferendo,quandoquidem id potius nostrum dicẽdum est in quo plus laborauimus,& cui maiorm authoreitatem impertiti sumus. Ergo Ieronymus nostræ tralationis interpres & author absolute dicendus est. ¶Sed dicis saltem Ieronymus non est noui testamenti interpres eodem prorsus modo,quo veteris testamenti tralator passim creditur. Respondemus in noui testamenti tralatione cę teris paribus eum vel plus,vel tantum laborasse, eamobrẽ ita videtur interpres dici debere nouę legis,sicut & veteris. Quod si dixisses Ieronymũ nõ eo penitus modo nouũ vertisse testamentũ,quo vetus traduxerat tolerandus forte fuisses,quanquam non video cui rei cõducat huiusmodi nouę litis excitatio. Sed cũ vltra dixeris alia prorsus intolleranda,plane refellendus es. ¶Dixisti enim imprimis Ieronymum nullo modo nostræ tralationis authorem esse,quod aperte falsum esse iam satis docuimus. Non enim consequens est si Ieronymus vno modo non transtulerit,propterea nullo modo eum fuisse interpretatum. Est enim viciosa supramodum huiuscemodi argumentatio & homine docto prorsus indigna,quam & si deffendere velles,ostenderes te dyalecticę artis ignarum penitus esse. Deinde dixisti nostram editionem esse vicios̃am,nec græcę fidei restitutam,vt decebat. Hoc enim non solum insanum,sed etiam manifeste hęreticum esse probabitur in sequentibus. Denique dixisti Ieronymum confutasse & damnasse tralationem nostram,quod apertũ est mẽdacium,dic (obsecro) vbinã Ieronymus hac in re vsus sit verbis damnationis,& confutationis: vides ne quãta sit arrogantia tua qui sacro viro imponis quod nunquam somniauit. Tãtum abest vt fecerit. Enimuero cũ de septuaginta interpretatione ita acriter vel acrius quã de noui testamenti editione fuisset locutus, dicens ipsos septuaginta interpretes frequenter male interpretatos,aliquãdo vero eos literarum similitudine,ac verborũ ambiguitate delusos fuisse,tamẽ locis pene innumeris protestatur se interpretes ipsos nec re-

prehendere,nec damnare velle. Esto igitur Ieronymus noui testamenti vulgatam editionem,quæ deprauata fuerat, aliquando vellicarit,antequam scilicet ab eo recognita esset, non tamen vspiam eam reprobat vel damnat,quemadmodum falsę impingis.
O si hæc impostura ab aliquo liuido,ipsi Ieronymo fuisset obiecta, putasne protinus reiecisset,& in liuidum illum exclamasset,quemadmodum fecit in illos,qui eum interpretationem septuaginta reprehendere dicebant? Ita sane. Ergo mi lector cum huiusmodi calumniatorem audis asserentem editionem nostram adeo multiplici vicio scatere,vt non tam fidei græcę reddita sit,quam reddi indigeat,ab eo tanquam a serpente virulẽto tibi cauendum puta.
Est enim pernicios̃issimus,qui & te plusquam letali veneno inficiat si ei assentiaris. Et,vt loquar apertius, si fidem ei tribuas, fidem catholicam perdis. ¶At dicit iterum aduersarius ipse veritatis. Si sacer Ieronymus nouum testamentum græcæ fidei reddidisset,ipsa vulgata editio quæ est in ecclesiarum vsu pro dignitate esset reddita græcę fidei. At vero reddita non est. Audi nugator egregie,& vt tuis verbis vtar caput pertinax,& morose cauilator sophista improbior,ipsa editio vulgata ita decenter recognita est,vt nihil in ea vicii possit inueniri. Qui aliter temere sentiunt,tecum pariter insaniunt. Enimuero tam iuste restituta est græcæ veritati, vt nihil sit præterea desiderandum, quandoquidem emendationem quam fecit ipse Ieronymus non solum prudenti consilio,sed etiam archano diuini spiritus instinctu fecisse credẽdus est. ¶Sed dicit forte aduersarius multa in his,quę ipse Ieronymus coarguit,in editione vulgata adhuc contineri. Respondetur imprimis si tanta perplexitate cõstringeremur,vt vel tralatio vel commentarii Ieronymi a nobis negandi essent,potius commẽtarios quam tralationem respueremus. Est enim potius tralationi quam commẽtariis assentiendum. Cur ita? Nempe quod in tralatiõe dirigebatur Ieronymus peculiari spiritus sancti gratia. Agebatur enim negotium totius ecclesię. At vero in ipsis commentariis non ita peculiariter,saltem non semper diuinus spiritus affuisse putatur. Adde quod in tralatione scripturę diuinę,quę fidei catholicę basis est,error oĩs fuisset pernicios̃issimus, quippe qui non tantũ scripturã ipsam, sed fidem quoq; catholicam vacillare fecisset. Hæc autem detrimenta non sequuntur, si dicatur Ieronymus in commentariis quandoque,sed rarissime fuisse hallucinatus. ¶Respondeamus & aliter, cum nulla talis sit in huiusmodi negotio perplexitas quantum ad Ieronymi commentarios acceptandos eos posse acceptari, sed tralationem multo magis, esto multa ex his, quæ Ieronymus ipse suis in commentariis coarguit,

in noſtra biblia habeãtur. Quæris quomodo hæc ſane dici poſſint? Audi ergo,audi nonnulla,quę a Ieronymo reprehenſa fuere,in noſtra biblia non haberi,quę res ſatis cõficit tralationẽ noſtrã recognitam fuiſſe,alia vero per Ieronymũ ipſum reprehenſa in ea continerí,nec tñ propterea confici poſſe quin Ieronymus noſtrã tralationẽ decenter emendarit. Miraris,& inſtas,cur in recognitione vulgatæ editiõis remanere paſſus eſt Ieronymus multa ex his quę antea ſuis in cõmentariis coarguerat? Cur,inquis,non omnia ſuſtulit? cur aliqua potius q̃ alia reſecauit? Dicimus negotiũ huiuſmodi abſoluentes Ieronymũ in ſuis explanatiõibus humano ſpiritu fuiſſe locutũ. Nam & ibi Origenis,Dydimi,& Apolinaris, quos hęreticos vocat in libris contra Ruffinũ, opiniones refert iudicio lectoris relinquens quidnã potius ſequi velit. At vero ſpũ diuino afflatus traduxit, quo dirigente peculiariter cognouit in ſacris literis potius ſenſũ eſſe cõſiderandum q̃ verba,nec ibi quærẽdas eſſe verborum phaleras,quę potuiſſent in tralatione ſeruari,ſi ſpiritu rhetorico fieri debuiſſet. Cognouit inquã tralationẽ diuinarũ ſcripturarum eſſe faciendã ſecundum ſenſum a ſpiritu ſancto pręcipue intentum pro directione eccleſię chriſtianę & ſalute animarum,nec eſſe opus tralationẽ facere ſecundum omnes ſenſus,quibus traduci potuiſſet, ſecundũ formam verborum. Denique intellexit quod diuus Auguſtinus octauodecimo,de ciuitate dei,poſtea dixit,ſcilicet nihil eſſe intuendum in ſcripturis diuinis,niſi quod per homines dixerit dei ſpiritus. Itaque ea reſecauit Ieronymus,quæ ipſum ſenſum pręcipuum mutare videbantur,ea vero dimiſit,quę nihil tali ſenſui officiebant. Voluit enĩ ipſe ſpiritus per Ieronymũ eccleſię chriſtianę conſulere, vt ſicut ſyncerã illybatãque fidem habebat,etiam ſcripturam ſacram,quæ ipſius fidei baſis eſt,veram incorruptamque haberet. Nunq̃ enim deus chriſtianum genus ſic deſtituit,quin ei cõtulerit neceſſaria ad ſalutem. Atqui ſyncera certaq; veritas diuinę ſcripturę ad ſalutem conſequendam eſt perneceſſaria. Ex his iam ſatis patere puto cur nonnulla Ieronymus a ſe reprehenſa reſecarit,alia vero in tralatione dimiſerit,vt antea fuerant. Adde nihilominus Ieronymum debuiſſe quantum ſalua veritatis integritate potuit mutationem correctionemque vitare illius editionis, quæ paſſim erat in eccleſiarum vſu,ne videlicet turbationem,ſcandalumque pareret. Illa ergo manere paſſus eſt,quæ veritati catholicæ,& ſenſui & ſpiritui ſancti nihil detrimẽti faciebant. Hęc aũt quę diximus ſatis innuit ipſe in epiſtola ad Damaſũ papã,in qua dicit ſe ita calamo iperaſſe, vt his quę ſenſũ mutare vi debãtur correctis,reliqua manere pateretur, vt fuerãt. Quapropter ſi legãtur adhuc in biblia cõmuni quędã,q̃ Ieronymus antea in commentariis vellicarat,non cõficitur quin bibliã noſtram decenter caſtigarit. ¶ At vero necdum contentus aduerſarius dicit Ieronymum forte nouũ teſtamentum nõ trãſtuliſſe, quod id magnopere non requirebant ij, qui graui in eccleſia erant authoritate,quod ex Auguſtino ad Ieronymum ſcribente,conſtare ait. De vertendis autẽ(inquit Auguſtinus) in latinã linguã ſanctis literis canonicis laborare te nollẽ, niſi eo modo quo Iob interpretatus es,vt ſignis adhibitis quid inter hãc tuã,& ſeptuaginta, quorum eſt grauiſſima authoritas,interpretationem diſtet,appareat. Reſpõdetur id falſum eſſe,quod aduerſarius aſſumit. Nam ſuperius probatũ eſt Ieronymũ precibus ſummi pontificis,aliorũque epiſcoporũ pulſatum traduxiſſe. Nec obeſt id quod ex Auguſtino modo depromptum eſt. Imprimis Auguſtinus tunc nõ erat de maioribus eccleſiæ pontificibus,ſed longe inſigniores erant,quemadmodum ex ipſo Ieronymo patet,qui epiſtola quadam ad ipſum Auguſtinum dicit eũ epiſcopum in toto orbe nouiſſimum. Deinde Auguſtinus ipſe hoc quod citat aduerſarius, ſcribit in prima epiſtolarum ad Ieronymũ, in qua duntaxat loquitur de tralatione veteris teſtamenti. Cuius tamen tralationem ex greco non diſſuadet,ſed ex hebręo in latinum, quemadmodũ ex aliqua ſequenti epiſtola luculenter cõſtat in qua ſic ait ipſe Auguſtinus. Ego ſane te mallẽ græcas potius canonicas nobis interpretari ſcripturas,quę ſeptuaginta interpretum authoritate perhibẽtur,vbi & poſtea gratias agit deo quod Ieronymus euãgelium ex græco interpretatus fuerat. Quæ ſi aduerſarius lectitaſſet & ſolium(vt dici ſolet)diligentius vertiſſet, non tã imprudenter ea quę palã falſa ſunt,protuliſſet in mediũ. Obſecro mi lector quando huic neotherico fidem tribuendã putabis græca producẽti, qui latina tam inepte citat? Sed adhuc pergit,& quęrit hoſtis veritatis, quomodo vniuerſo eccleſiarum vſu mutato fuiſſet recepta Ieronymi tralatio,præſertim cũ ſummi,& qui prima erant authoritate nõ probabant. Et tu dic quõ recepta eſt tralatio veteris teſtamẽti per Ieronymũ ipſum edita de hebręo in latinum,& alia eius nõ habetur quã fecerat de græco,& obelis aſteriſciſq; diſtinxerat? Sed & putas patres illius temporis ita ceſſatores fuiſſe,& non ſolũ in morem gliríum tota hyeme,ſed toto tẽpore ſomnũ dormitaſſe perpetuũ vt diuinas literas non curauerint habere ſanas,ſaneq; interpretatas? Ergo cum exploratũ fuit Ieronymũ,ſanã editionem feciſſe,libentiſſime ac facilime ab eccleſiaſticis ſuſcepta eſt, p̃ſertim quod ſcirẽt patres illi tralationẽ ipſã,qua paſſim vtebãtur, ita diuerſã eſſe, vt vix duo reperirent codices,qui nõ mutuo diſſonarẽt. Cur igit ipſi nihil in eccleſiis ſatis certi habẽtes editionẽ Iero. a ſũmo põtifice p̃batã

non protinus ſuſcepiſſent. Nulla ſane cauſa, nec tamen prorſus mutatus eſt vſus eccleſiaſticus, vt aduerſarius falſo putat.

¶ Adhuc inſanit, & dicit. Et quid mirum ſi nō habeatur Ieronymi tralatio, ſi tamen fecerit quampiam aut certe emendarit, cum euangelium ſecundum Hebręos, quod ſe Ieronymus tranſtuliſſe teſtatur, non extet? Cum inquam multi inſignes in Italia ſcripſerint, quorū ſcriptis caret Italia? Si quæ lar domeſticus parit, ea (inquit) deſideramus, quid mirum, ſi quę Ieroſolymis ſcripta ſunt, deſideremus? Si inquam careamus eis, quas in nouum teſtamentū ſiue traductiones ſiue ad græcā fidem Ieronymus ipſe parauit reſtitutiones? Et tu calumniator reſponde, quomodo credibile eſt, reſeruatas in hoc tēpus eſſe præfationes, & tralationes ipſas periiſſe? Quomodo veriſimile eſt diuinum opus (quod ſpiritu ſancto inſtigante, ac illuſtrante pro rei chriſtianę vtilitate factum fuerat) tam miſere potuiſſe perire, vt ne reliquię quidēvllę tuo iudicio ſuperent? Deſine ergo & mirari, & veſanire. Euangelium enim illud ſecundum Hebręos, ideo reſeruatum non eſt, quod eſſet apocrifum, & occaſionem quoque erroris facile dediſſet. Etenim leues maliqué homines contendiſſent ipſum eſſe autenticum, ac propterea recipiendum eſſe dicētes Ieronymū nunquam tranſlaturū fuiſſe niſi authoritatem habuiſſet. Aut igitur quinque euangelia fuiſſent introducta, aut certe aliquid ex iis quatuor quæ recipit eccleſia ſuſpectum euaſiſſet. Diſpenſatione igitur diuina factum eſt, vt ab eccleſia ſuſceptum non ſit, de ſcriptis autem aliorum quæ minime extant, nihil opus eſt reſpondere. Enimuero ſi inſana huius apologiſtæ ſcripta iāpridem periiſſent cum illis, vel potius nūquam in lucem prodiiſſent, fœliciter cum re publica chriſtiana actum fuiſſet. Non enim tot diſſidia, tot contentiones, tot errores, tot denique dyabolicę machinę contra fidem emerſiſſent.

Denique vt his ineptiis finis imponatur, voluit diuina prouidentia tralationem noui teſtamenti a Ieronymo vel editam, vel certe recognitam nobis ſeruare, quæ traductionem eiuſdem, quam fecerat de veteri teſtamento, hactenus ſeruauit. ¶ Sed cum iam ſatis oſtenderimus in ſuperioribus ſacrum Ieronymum veteris legis interpretē fuiſſe, & tralationem quoque ab eo factam, eam eſſe, quæ continet in biblia communi, qua paſſim vtitur eccleſia, quam & fideliter, & diuinitus elaborauit. Oſtenderimus inquā Ieronymū ipſū teſtamētum nouū vel tranſtuliſſe, vel certe recognouiſſe, & editionē quoq; eius eſſe eā, quę in biblia cōmuni habetur. Iā ſupereſt probare peculiarius tralationem ipſam nouę legis fideliter, ac decenter effectam fuiſſe, quēadmodum & de veteri probatū eſt. At qm̄ ſatis admittū t omnes, ea quæ Ieronymus traduxit, fideliter translata eſſe, eamob

rem ſuperuacaneum eſſet probare tralationem noui teſtamenti decenter fuiſſe ab eo factam, maxime cum ex præfatis id ſatis manifeſtum euadat. Cum enim probatum ſit teſtamentum ipſum a Ieronymo recognitum fuiſſe probatum continuo ſatis eſt decenter recognitionem eius effectam fuiſſe. Adde quod ex conſequentibus adhuc hoc ipſum certe generatim, conſtabit. Itaque ad aliud accedentes probemus totius Biblię tralationem eſſe fidelem, & autenticam. Probemus, inquam, vt nihil heſitationis maneat, & aduerſariorum magis. ac magis confutetur temeritas, tralationem Bibliæ communis autenticam eſſe, eſto non ſit a Ieronymo effecta.

Capite decimoquinto probatur vulgatam Biblię editionem, eſto a Ieronymo facta non ſit, nihilominus veram, ac fidelem eſſe.

AGitur probare geſtientes tralationem Biblię communis, quę ſcilicet eſt in eccleſiarum vſu, eſto non ſit a diuo Ieronymo, ſed ab alio quouis effecta, veram nihilominus ac fidelem eſſe, neq; quicquam erroris, ſeu falſitatis cōplecti. Imprimis ab authoritate diui Auguſtini exordiamur. Ille etenī multis in locis aſſerit nihil falſitatis eſſe diuinis in libris. Et primum quidem in epiſtola ad Ieronymum hoc ipſum oſtendit, dicens hoc pacto. Mihi enī videtur exiitioſiſſime credi aliquod in ſacris libris haberi mendacium, id eſt eos homines, per quos nobis illa ſcriptura miniſtrata eſt, atque conſcripta aliquid in libris ſuis fuiſſe mētitos. Et paulopoſt. Admiſſo enim ſemel in tantum authoritatis faſtigiū officioſo aliquo mendacio, nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non vt cuique videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis eadem pernicioſiſſima regula ad mētientis authoris conſilium officiumque referatur. Ex his enim cōſtat, ſi quicquā mendacii, vel falſitatis diceretur eſſe ſanctis in libris nuſquam certa maneret en eis caſtæ veritatis authoritas. Quod & idem Auguſtinus alia epiſtola ad ipſum Ieronymum oſtendit, cum inquit. Si em̄ ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint, vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit authoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſentētia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis ſubruatur authoritas? Statim enim vt protuleris, ſi aliter ſapit qui contra nititur dicet illud quod prolatū erit, honeſto aliquo officio ſcriptorē eſſe mētitū. Idē quoq; alia epiſtola ad ipſū Ieronymū idipſū aſſerit, dicens hoc pacto. Ego em̄ fateor charitati tuę ſolis eis ſcripturarū libris q̄ iā

canonici appellantur,didiſci hunc timorem,honoremque deferre, vt nullum eorum ſcribēdo erraſſe authorem aliquid firmiſſime credam,ac ſi aliquid in eis offendero literis quod videatur contrarium veritati,nihil aliud quam,vel mendoſum eſſe codicē, vel interpretem nō affecutum eſſe,quod dictum eſt,vel me miníme intellexiſſe non ambigant. Et ſubdit. Prorſus inquam non arbitror ſic tuos libros legi velle tanquam prophetarum,& apoſtolorum,de quorum ſcriptis (quia omni errore careant) dubitare nephariũ eſt. Ex his enim patet aperte nihil ſacris in ſcripturis eſſe falſitatis.

¶ At dicet pertinax aduerſarius diuinos quidem libros vt a primis authoribus ſcripti ſunt veros prorſus fuiſſe,nec in eis quicquam fuiſſe erroris,ſed eum qui trāſtulit in latinum in multis preſertim in nouo teſtamento erraſſe. Verum hanc euaſionem penitus friuolā,ac ineptam eſſe ex eodem Auguſtino ibidem patet. Siquidem de manichęis loquens,qui plurima diuinarum ſcripturarum loca falſa eſſe contendebant,nec tamē falſitatem illam apoſtolis,ſed quibuſdā codicum corruptoribus tribuebant,ita ſubiungit. Quod autem quia nec pluribus,nec antiquioribus exemplaribus,nec precedentis linguę authoritatē,vnde latini libri interpretati ſunt,probare aliquando potuerunt notiſſima omnibus veritate ſuperati,confuſique diſcedunt. Idem quoque in opuſculo de moribus eccleſię,contra eoſdem manichęos agens ſic ait. At in euangelio verba eius,ſcilicet Chriſti iſta cōſcripta ſunt. Falſum eſſe ſcriptum quid hoc ſacrilegio magis impium reperiri poteſt? quid iſta impudētius voce? quid audacius? quid ſceleratius? Simulacrorum cultores,qui Chriſti etiam nomen oderunt,nunquam hoc aduerſus ſcripturas illas auſi ſunt dicere.

Conſequetur nanque omnium literarum ſumma peruerſio, & omnium,quæ memorię mandata ſunt librorum abolitio, ſi quod tanta populorum religione roboratum eſt,tanta hominum & temporū cōſenſione firmatum,in hanc dubitationem adducitur vt ne hyſtorię quidem vulgares fidem poſſint grauitatemque obtinere.

Et paulopoſt. Ego ne de illa,quam conſtanter latiſſimeque diuulgatam video,& eccleſiarum per totum orbem diſperſarum cōteſtatione firmatam dubitabo miſer? Et quod eſt miſerius,te authore dubitabo,cum ſi exemplaria proferres altera,tenere non deberem niſi ea quę plrimorū cōſenſione cōmendarent. Ex his Auguſtini verbis patet imprimis falſitatē nō potuiſſe mōſtrari i latinis codicibus etiā per authoritatē alterius linguę, id eſt greçę ex qua traducti ſūt. Deinde conſtat nihil eſſe ſceleratius, nihil impudētius q̄dicere aliquid falſi ſacris in literis contineri. Denique liquet nullo modo eſſe hęſitandū de ipſis diuinis libris. Et ſi producerentur aliqua exemplaria,quæ aliter haberent,eis non eſſe credendum,ſed adhęrendū illis,quæ paſſim commendata ſunt. Deníque ipſe Auguſtinus in euangelium ſecundum Ioannem tractatu quadrageſimoquinto aſſerit omnia,quę in Biblia continentur,eſſe vera,dicens hoc pacto. Venit ad Chriſtum,audit alia,& alia verba,illa,& illa omnia vera ſana omnia,interque omnia eſt & illa vox. Qui perſeuerauerit vſq; in finem,hic ſaluus erit. Iſtam qui audierit ouis eſt. At vero Auguſtinus illam,quę in vſu eccleſię erat Bibliam interpretatus eſt.

Quibus animaduerſis patet Bibliam latinam,quæ tempore Auguſtini in vſu erat,veram prorſus fuiſſe nihilque in ea fuiſſe falſitatis. Cum igitur de illa ipſa loqueretur Auguſtinus, qua paſſim vtebat eccleſia,conficiendum eſt commuem Bibliam,ſiue fuerit a Ieronymo traducta ſeu mauis recognita ſiue non,veram penitus eſſe.

¶ Cæterum,mi lector forte præfata Auguſtini verba te mouebunt quæ dicunt nihil corruptionis ſacris in literis tum fuiſſe, cum tamē in ſuperioribus oſtenſum ſit ex ipſomet Auguſtino & Ieronymo falſatas fuiſſe literas ſacras multis in locis,& propterea ab ipſo Ieronymo emendatas fuiſſe. Sed ſane intellige ſcripturas non fuiſſe vitiatas eo modo,quo peruerſi manichęi aſſerebant. Dicebant enim quibuſdam in locis,qui ſuę perfidię aduerſabantur,a ſcriptoribus fuiſſe deprauatas,in aliis vero miníme. Et hoc Auguſtinus monſtrat falſum penitus eſſe,dices oēs codices,tam greços,quā latinos, idem penitus habere in locis illis de quibus erat controuerſia,nec vllum poſſe afferri in medium ab ipſis manichęis,in quo aliter eſſet.

¶ Sed dices rurſum,in aliis ſaltem locis quibuſdam,de quibus non erat cum manichęis contentio,Biblia latina vitiata erat,quādoquidem inter codices latinos tempore Auguſtini magna erat varietas, ac diſſonantia. Si enim diuerſitas nulla fuiſſet, non fuiſſet opus per Ieronymum aut alium quemuis eam emendari. Quapropter videtur Auguſtini dicta ad eam Bibliam referri debere,quæ per diuinos, ac primos authores tradita eſt, non autem ad latinam vulgatamq; editionem,quæ tempore Auguſtiníni nonnullis in locis deprauata erat. Reſpondetur ea quæ tempore iuuentutis dixit Auguſtinus cuiuſmodi ſunt ea,quæ in primis eius literis ad Ieronymum continentur ad ſcripturam ſacrā,quę per primos authores tradita fuerat,eſſe referenda,quod verba eius ſatis indicant,quibus ait illos ſcriptores, nec mendatio quidem officioſovſos alicubi fuiſſe. Ea vero quę poſtmodum in ſenectute ſcripſit non ſolum ad ipſam primariam ſcripturam,ſed etiam ad editionem latinam,quę caſtigata probataque ſuo tempore. Denique idem Auguſtinus libro ſecundo,de vnico baptiſmo,& refertur diſtinctione nona,capitulo,quis neſciat,ait ſacrā

ſcripturam canonicam tamveteris,quam nouí teſtamenti ita certã ac indubiam eſſe, vt de ea dubitari & diſceptari non poſſit,& canonem quoque confirmatum ibí inſinuat. At vero de ſcíptura,quę in vſu eccleſię nunc eſt,hoc accipiendum eſt. Alioquí nõ fuiſſet in decreto citatum,quãdoquidem author eius nullam aliam ſcripturam diuinam vidit. Nam in vltimis eius literis ad Ieronymũ ait. Sí quis veterí falſitatí fauere vellet,eum per collationem codicũ poſſe confutarí. Itaq; illa tralatio latina quę tempore Auguſtini caſtigata fuit vera prorſus erat. At vero eaeſt quæ in vſu eccleſiarũ nunc habetur. Síquidem a tempore Auguſtini nõ eſt variatus quo ad Bibliam vſus eccleſiaſticus,vel detur vbí,quando,& a quibus ſit immutatus. Igítur illa tralatio latina,quam Auguſtinus vidit,probauit,ac verã vbi que aſſeruit,ea eſt quæ in bíblía communi habetur.

¶Sed iã poſt Auguſtíní authorítates afferamus, & ratíones quibus probemus ípſam bibliã,qua vtitur eccelía,nihil penitus erroris, ſeu falſitatís complecti. Et quanquam nonnullas ípſarum ratíonum in noſtro de vita cartuſiana libro attulímus, non ineptum tamen erit latius hic afferre. ¶Imprímis ergo probemus bíblíam noſtram ab omní erroris vicio prorſus ímmunem eſſe. Et a fundamento exordíamur. Sí enim quícquam falſitatís in ea eſſe contendís, dubío procul titubare fídem noſtram facís. Facís & vacillare religionem chriſtianam. Facís & languere charitatem. Nonne hæc pluſquam ímpía,ac peruerſa tibívidentur? Sed aſſumptum probemus ex Auguſtíno,quí prímo líbro de doctrína chriſtíana,ſíc ait in calce. Titubabit autem fídes,ſí díuínarum ſcripturarum vacillabit authorítas. Porro fide titubante,charitas etíam ípſa langueſcit. Nam ſí a fide quíſque ceciderit,a charitate etíam neceſſe eſt cadat. Ecce pro Auguſtíní ſententía,quí títubare facit ſacrã ſcripturam,facit & mutare fídem chriſtíanam. At dixerint forſan aduerſarií fídem catholicã non propterea títubare,quod non nítatur biblię paſſim receptę, ſed bíblię illí,quæ vera eſt,vbícunque exíſtat. O euaſíonem pluſquam fantaſticam. Nonne catholící nítuntur illís ſacrís literís,quas quotí díe legunt,audíunt,cantant,citant,& laudant. Sed & quomodo crederent eí,quam nec vídit,nec legit vnquam eccleſía? Quomodo fídem eí tríbuerent,quæ nec recepta,nec probata eſt,vtpote quæ non habeatur ín vſu? Non enim approbatur quod prorſus ignoratur. Míra ígitur ímmo prorſus aſinína eſt euaſío huiuſmodí. Díc precor vbínam eſt illa ſacroſancta bíblia cui dícís ínití fídem chriſtíanã? Num ín cœlo? num ín aere,vel ínfra terram? Sí abs te putetur eſſe ín quodam aceruo librorum carioſo,quíd illíc quæſo tantiſper íacere,& íugem ſítum contrahere hactenus paſſa eſt? Nõne vídes quã-

to ríſu digna ſit tua hæc ínſanía? Nonne ínquam vides quonam pacto fídem deſtruís chriſtíanam,dum tua ſomnía tueri conarís? Et re vera quí bíblíam noſtram dícit falſam eſſe, fundamentum chriſtíaníſimí demolítur. ¶Sed aliam afferamus ratíonem probantes eum quí bíbliam eccleſiæ latínæ dicit vicioſam,grauẽ deo blaſphemíam ínferre. Enímuero quí hoc aſſerit cõſequenter fateatur oportet deum non ſatís decenter eccleſię chriſtíanæ conſuluiſſe, & maiorem habuiſſe curam de ſynagoga Moyſí, quã de eccleſía Chriſtí. Síquídem ſynagogę legem díuínam,& veram & indubíam dedit, quam & ín ſua íntegrítate cõſeruauit vſque adeo, vt cum a Caldęis íncenſa fuiſſet,curauerit per Eſdram legís doctorem reparare. Quo modo ígitur credíbile eſt deum ſuę ſponſæ eccleſię bíbliam veram non dediſſe,quí tanta cura ſeruauit,veterís legis íntegritatem? Quod ſí dixeris díuínæ legís ſyncerítatem adhuc ín codicibus græcís ínueníri,conſequẽter dícere habes deum plus curaſſe de ſcíſmatícis græcís,quam de fidelíbus latínis. Etením græcí ípſí antíquatí dícuntur ſcíſmatící,& ín antíquato ſcíſmate cõſtítutí, ac propterea cenſentur hęretící ín extrauaganti Clemẽtís quintí,quæ íncípit, ad certitudínem præſentíum. Et quís ſanę mentís dícere audeat deum ípſum de cíſmatícís,leuíbuſque græcís tantam curam habuiſſe,& fídeles concordeſque latínos,ita neglexíſſe,vt nũquam eís veram bibliã dederít. Sed eſto fídeles eſſent græcí,nonne tamen latínís chriſtíaníſſimís ſícut & grecís ípſís fuit de verís ſcrípturís prouídendũ? Ita ſane,cum nõ ſít acceptío perſonarum apud deum,quæ profecto víderetur,ſí græcís in hoc conſultũ eſſet neglectís latínís. Ergo horrenda ínſanía eſt dícere díuínam legem veram ac íncorruptam grecís ín codibus adhuc ínueníri,in latínís vero mínime.

¶Porro ſi canones decretaleſque pontíficum,quibus eccleſiaſticus ſtatus dírígitur,ſi leges cęſareas, quíbus reſpublica regítur, ſi líbros medícínales,quíbus & reparatur & conſeruatur ſanitas corporalis,ſí líbros philoſophícos etíam translatos, quibus cognoſcuntur rerum naturę ac proprietates,ſi mathematícas artes nõ íta neceſſarías humano generí,ſí artes líberales pro ſermone dirígendo vtíles, ſí denique artes mechanícas pro huíus moríbundę vítæ neceſſítatíbus adínuentas díuína prouídẽtía ín ſua prímaría íntegrítate hactenus cõſeruauit,ímmo & íncremẽtum eís dedít,quomõ credíbile eſt ſuo populo chriſtíano nõ dediſſe ſacrum canonem díuínamque legem, ac philoſophíam cœleſtem omní errore carentem,quę longe dígnior vtílíor,ac magís neceſſaría eſt? Neceſſaría ínquam pro fídelí notítía díuínorum,pro dírectíone eccleſię chriſtíanæ, pro reformandís moríbus,pro refellendis erroribus,pro languoribus ſpíritalibus de-

pellendis,& demum pro ſempiterna ſalute animarum conſequenda. Quis audeat aſſerere diuinā prouidentiam hoc non feciſſe? Satis demiror ſi his diligēter animaduerſis quiſpiā aliter ſentire auſit.
¶ At nihilominus aliā afferamus rationem,& probemus eum, qui aliter putat grauiſſimam biblię latinę facere iniuriā. Siquidem eā plane ſuſpectā & apocrifam reddit. Etenim cum ipſa biblia ſit vna propoſitio copulatiua,quēadmodum paſſim dici ſolet, & ex dictis Auguſtini ſuperius citatis trahitur,ſi aliqua pars ſit dubia,falſa,vel ſuſpecta,conficitur totam falſam,dubiam,aut ſuſpectā eſſe. Eſt em propoſitio copulatiua huius conditionis,vt partis vnius falſitas, ſeu dubietas totius falſitatem dubietatemve inferat. Et quis tā inſanus eſt qui bibliam totam,qua paſſim vtitur eccleſia falſam ac dubiam aut certe ſuſpectā aſtruere audeat? Adde qui tales nugas effutit conſequenter dicat oportet bibliam,qua vtitur eccleſia eſſe ineptam & inſufficientem,vtpote quæ non vere ac fideliter contineat ea ipſa, quę ſpūs ſanctus iſpirauit, reuelauitq; pro directione populi xp̄iani Et quis hanc ferat dementiam? Enimuero tanta inſania potius verberibus quam rationibus,potius flagellis quā verbis cohibenda eſt. Sed adhuc probemus quod cœpimus,& oſtendamus eum,qui vicioſam dicit bibliam communem grauem eccleſię ſanctę,ſacriſque ſynodis generalibus eam referentibus contumeliam inferre. Enimuero qui dicit eccleſiam ipſam vti biblia vicioſa,turpiori eam nota inurit,quam ſi diceret eam vti ſcriptura apocrifa ſiue ſuſpecta. Plus enim eſt dicere librum abſolute falſum,quam vel dubium, vel apocrifum. Et nihilominus dicere eccleſiam vti ſcriptura apocrifa, eſt eam infamare,& ſacris quoque doctoribus diſſentire, præſertim Ieronymo dicenti in prologo galeato,eccleſiam apocrifa neſcire.
Itidem ſi vicioſa vtatur ſcriptura,conſequens eſt eam errare in his quæ ad fidem pertinent,quandoquidem ea quæ fidei ſunt,in biblia potiſſimum continentur. Atqui inſanum eſt dicere eccleſiam in rebus huiuſcemodi hallucinari,vtpote quę & ſpōſum ſuum ſecum habeat vſque ad conſummationem ſeculi,& ſpiritu quoque ſponſi dirigatur,& demum ipſa ſponſa nec maculam,nec rugā, habeat vllā.
¶ Porro qui notam impingit falſitatis biblię communi, conſequenter ſacra generalia conſilia non exiguo probro afficit. Incuſat enim ea negligentiæ. Etenim cum eorum ſit officium fidem catholicam aſtruere,hereſes deſtruere,& mores reformare,ſi non curauerint patres in ipſis conciliis exiſtentes bibliā cōmunem examinare emendare,& fideliter rceognitā populo chriſtiano cōtradere,ſi erat opus, vt erat,ſi vicioſa erat,negligentię profecto arguendi ſunt,quod ſcilicet non curauerint imprimis de fundamento, hoc eſt de ſcriptura di

uina,quę baſis eſt & eccleſiæ vniuerſalis,& ipſorum quoque conciliorum generalium. Siquidem pro fide fouenda hęreſibuſque depellendis,& moribus quoque reſarciendis ſacra ſcriptura opus eſſe dubium non eſt. Si igitur de huiſmodi fundamento non curauerint patres ipſi,vt par erat,negligentiæ arguendi ſunt,immo & imprudenter egiſſe videntur ędificantes,ſcilicet ſuper fundamentū vacillans, ac incertum. Item ſi animaduerterunt bibliam qua vſi ſunt eſſe vicioſam,& tanto detrimēto nō cōſuluerunt, male meriti ſunt de populo chriſtiano. Etenim vtentes tali ſcriptura ſuo exemplo ſatis inſinuauerunt eam veram ac fidelem eſſe. Itidem probantes eam,populum ipſum deluſiſſe videntur,ſi vera certaque non ſit ſcriptura ipſa quam ſua probatione veram eſſe aſſeruerunt. Sed quis dicere audeat ſynodos generales vel erraſſe,vel decepiſſe,cum Gregorius dicat in regiſtro ſe quatuor ſynodos vniuerſales vt euāgelia venerari.
¶ Porro huiuſmodi temeritas, quę falſitatis vicium noſtræ bibliæ imponit,iniuria penitus eſt,& pontificibus & doctoribus. Etenim pontifices ipſi præſertim ſummi,qui totius gregis chriſtiani curam gerere,& ſana quoque ac diuina eum doctrina paſcere habēt, fœdiſſimę negligentiæ ſunt incuſandi,qui tam longo tempore ſanam diuinæ ſcripturæ interpretationem non dederint, quorum aliqui grę cę,latinæque linguæ peritiam habuerunt. Et nilominus ſi per ſe nequibant,certe per alios ydeoneos curare debuerunt. Sed qua precor impudentia hoc negligentiæ vicio tribuetur ipſis pontificibus,quorum nonnulli & ſanctiſſimi,& diligentiſſimi fuere? Ipſi quoq; doctores potiſſimum qui græce latineque ſciuerunt& peritiam quoq; ſacrarum literarū habuere,vt Hylarius,Ieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Boetius,Beda,aliiq; quamplurimi viri illuſtres magnę ingratitudinis notandi erunt,ac impietatis,qui videlicet talentū habentes in re tam neceſſaria non ſtuduerunt impartiri. Adde quod multum ſudauerint in explanatione ipſius ſcripturæ ſacræ, cur non imprimis eius emendationi diligenter incubuerunt? Magis enim neceſſaria eſt caſtigatio quam explanatio. Et ineptum quoque eſt ſcripturam vitiatam,tanto labore explanare. Itidem cum multi ex eis,& catholicorum,& ethnicorum authorum libros de gręco verterunt in latinum,cur nō ſimiliter ſacrā ſcripturam interpretati ſunt, ſi opus erat,hoc eſt ſi vicioſa erat,& propterea tralatione, aut certe recognitiōe indigebat? Vides ne inſane quam fœdiſſimam notam impingas eccleſię conciliis,pontificibus & doctoribus. Sed & qua fronte auſi ſunt ipſi patres ea quæ in biblia communi continentur palam citare eiſq; paſſim vti, ſi viciata ſit,& corrupta,preſertim cōtra duros fidei chriſtianæ hoſtes decertando? Hoc videntur feciſſe

ineptíſſime,vícioſiſſimum enim,immo & plane rídículum eſt ſcri pturam falſatam cõtra aduerſarium producere. Et quomodo precor hęretící alííque hoſtes chriſtianiſmí protinus eos non reíeciſſent, vícíata ſcríptura vtentes? Quo pacto tacuiſſent græci quando mo ta eſt ínter eos & la tínos contentío grauiſſima,quæ necdum fínem ínuenit. Putasne íd ſtatím obieciſſent latínís,& exclamantes díxíſ ſent ſacrarum líterarum veritatem eos mínime habere, & ídeo po tíus ſíbi quam latínís eſſe credendum. O temeritatem pluſquã dya bolícam. Scís ne míſer cur nullus præcedentíum patrum eam caſtí gare attentauit poſt Ieronymum? Nempe quod omnes ín commu ní perſuaſum habuere eam eſſe veriſſímam, ac certiſſímam,níhíl que penítusvel erroris,vel falſítatís complecti,eamobrem non ſunt auſí temerarías manus adhíbere,& caſſo,ímmo ímpío labore ſe fatí gare,quemadmodũ míſerrime feciſti,qui auſus es promptuarío ſpí rítus ſancti vím ínferre & ſuperbía lucíferíana ſuccenſus tabernacu lum altiſſímí,domum deí,theſaurum chriſtianiſmí, columnam ec cleſíæ,& denique fundamentum totius veritatís, ac bonitatís ínfa mare. Quomodo hoc ípſum attentare veritus nõ es,quod Valla vír alíoquí audaciſſímus,ac mordaciſſímus facere trepidauit? Hoc eñ eũ obíre voluiſſe ferunt,ſed a ſummo pontífice ſapienter cõpreſſum tãdem ceſſaſſe. Quo denięꝫ modo íd moliri auſus es,quod nec hęre ticorum,nec ínſanorum homínum vllus præſumpſít. O mirãda ſu pramodum arrogantía. ¶ Sed cœptum proſequamur. Hæc recens ínſanía peruerſaque hęreſis totum populum chriſtíanum turpí de decore afficit,ſcãdalum peſſímum excítat,& demum ſaluti anima rum perníciem detrimẽtumque lętíferum affert. Sí enim laudatus fuit quondam populus íudaícus quod díuinam ſapientíam, & eam quídem íncorruptam haberet,nonne vituperabitur ediuerſo popu lus chriſtíanus ſí dícatur díuínam legem non habere,niſí vícíatam atque corruptam? Quíd dícturí ſunt perfídí rudęí hæc audientes? Quíd ſpurcí machometiſtę de chriſtíana relígione putaturí? cũ ne fas ſít & capítale apud eos de ſua lege ímmo verius fece palã addu bítare vel díſceptare? Quando precor vel quomodo conuertentur íꝑí ad fídem audientes chriſtíanos legem íncorruptam nõ habere? Sed quíd chriſtíaní ípſí líterarum peritiã non habẽtes facturí ſunt? Nonne protínus doctoribus doctiſque vírís ínſultabunt, quærentes ab eís ſe deluſos hactenus fuiſſe,quí ſacras líteras,vt díuínas,vt autẽ ticas,vt ab omní prorſus labe erroris ímmunesſemper aſſeruerunt? Et quomodo(dícent)índubíe credemus ſcrípturę vícíatę? Quo pa cto fírmíter adherebímus líterísvacíllãtíbus ac ſuſpectís? Ecce quã ta ſcandala,quanta díſcrímína,quantaque mala hæc recens temerí

tas parítura eſt,ſí vírus eíus ſerpere latius ſínatur. ¶ Ad hæc ſí dícatur ímpune bíblía,quæ eſt ín eccleſíarum vſu,vícioſa,ſíue corrupta eſſe,eadẽ facilítate,vel potíus fatuitate,quícunque alíus líber vícío ſus dící poterit. Etenim ſí leges cíuíles, ſí canones patrum, ſí lí bros ſanctorum doctorum ad alíquíd probandum cítare quíſpíam voluerít, protínus quí alíter ſentíet, & communí obluctabítur ſen tentíæ, dícet locum cítatum vícioſum eſſe. Quod ſí fuerít ín eum ſtomachatus, díxerítque os ímpudens, quomodo audes ínfícíarí, quod paſſím ab omnibus probatur, mox ílle reſpondebít, ſí ſacræ líteræ nunc dícuntur a quíbuſdam corruptæ, cum tamen a mílle annís tota eccleſía eas veras, prorſuſque íncorruptas putauerít,cur non íta míhí de cæterís dícere lícebít,eſto paſſím íncorruptę hacte nus putatęſínt? Hoc ergo ſequetur, quod díxímus, vídelícet ſí lí bere líceat dícere bíblíam latínam eſſe vícioſam, eodem íure de cæterís líbrís dícere lícebít. At vero quís non vídeat hoc abſur díſſímum eſſe? Hoc ením modo, níhíl certí níhíl ſolídítatís, ní hílque authorítatís ín díſcíplínís manebít,ſí admíſſa fuerít hæc ab ſurdítas, quam ín præfato líbro, de morĩbus eccleſíæ díuus Augu ſtínus contra Manichęos, tanquam ineptiſſímam reprobat.

¶ At dícent forſan aduerſarií, penitus ſímíle non eſſe de díuínís alííſque líterís, quod líteræ ſacræ, vt ínterpretatæ ſunt ín latínũ, ex ípſo fonte græco probantur,vel corruptæ,vel índecenter transla tæ fuiſſe, non ſíc autem de cæterís. Et nos dícimus huíuſmodí euaſíonem nullíus eſſe momentí. Eſto ením poſſít quandam ha bere apparentíam ín latínís líbrís, quí latína língua prímum ſcrí ptí, de græco ín latínum verſí non ſunt, quíd tamen dícent de a líís, vt de Platone, Ariſtotele, ypocrate, Galieno? Et(vt díuína tangam)quíd reſpondebunt de Origene,Athanaſío, Chríſoſtomo, Círillo, Damaſceno, & cæterís, de græco ín latínum traductís? Quíd ínquam dícent homíní pertínací, eos vel vícioſos eſſe, vel certe male tralatos aſſerentí? Nam & hoc multí aſſeruerunt.

Sí homínem huíuſmodí deſpícíendum díxerínt,quod ea,quæ paſ ſím certa putantur,vícioſa contendant. Sí velínt ad græcum recur rere,nonne protínus ílle dícet,& ípſos codíces græcos eſſe vícioſos, & a ſcríptorĩbus corruptos fuiſſe? Nonne eodẽ íure rídendí ſunt, ac flocípendendí íſtí neotherící,qui audent dícere bíbliam eſſe vícío ſam,quæ vt certa, atqꝫ ínuíolata ab omnibus ſemper acceptata eſt? Eñuero ínſanıores vídereñ hí, q̃ ílli. Quíd plura? nulla vel autho rítate vel rõne ſufficiẽtí ꝓbarí põt bíblíã qua latína vtíñ eccleſía ví cioſã,ac propterea reſtítutionís índigã eſſe. Eſt ígítur ínepti ſſímũ hoc ſentíre. Síquídẽ prorſus ínſanũ eſt quícq̃ vel putare vel aſtruere,

quod ſententiæ communi iampridem receptæ palam refragatur, niſi vel authoritate cui non liceat obluctari vel ratione certiſſima luculenter confici poſſit communem ſententiam veritati conſentaneam miníme eſſe. Atvero in huiuſmodi negotio nec authoritas nec ratio ſufficiẽs afferri poteſt. Nullus enim probatus author dixit vnquam bibliam eccleſię communem falſam ſeu vicioſam eſſe. Nullus inquam pure chriſtianus hoc aſſeruit. Et ſi nonnulli repiriã tur hoc dixiſſe, aut plane hęretici aut certe inſani cenſiti ſunt, quod videlicet aſſeuerarint, quod eccleſię chriſtianę diffinitioni penitus aduerſum eſt. Nulla igitur authoritas eis ſuffragatur. Sed nec ratio quoq; vlla afferri poteſt, quę aduerſariis proſit dicẽtibus aliter habere codices græcos, quibus pro eorũ opinione magis aſſentiendũ eſt, quã latinis. Hęc eñ ratiũcula nullius prorſus eſt momẽti. Etem̃ codices ipſi gręcanici iam olim corrupti fuiſſe putantur, quod & facile poteſt ex doctoribus comprobari. Enimuero Origenes vetuſtiſſimus quæritur euangelicos libros apud Græcos pleriſq; locis variare, eamobrẽ ſibi videri deprauatos. Itidem diuus Ambroſius in epiſtola ad Romanos capite quinto hoc aſſerit, cum inquit. Conſtat autẽ quoſdam latinos porro olim de veteribus græcis translatos codicibus, quos incorruptos ſimplicitas temporum ſeruauit, & probat. Poſtquam autem a concordia animis diſſidentibus & hęreticis perturbantibus torqueri quęſtiones cœperũt multa immutata ſunt ad ſenſum humanum, vt hoc contineretur in literis, quod hominivideretur. Vnde & ipſi græci diuerſos codices habent. Hoc autem verum arbitror quando & ratio & hyſtoria & authoritas obſeruatur. Nam hodie quæ in latinis reprehenduntur codicibus, ſic inueniuntur a veteribus poſita Tertuliano Victorino & Cypriano. Hæc ambroſius. His aſſentitur fidelis Ieronymus dicens in epiſtolã ad Galatas capite quinto. Scio (inquit) in latinis codicibus in eo teſtimonio quod ſupra poſuimus. Si tradidero corpus meum vt glorier, ardeat habere pro glorier. Et ſubdit apud noſtros, error inoleuit. Sed & apud ipſos græcos exemplaria ſunt diuerſa. Itidem Auguſtinus in epiſtola ad ipſum Ieronymum inſinuat codices græcos fuiſſe diuerſos, cum gratias agens de recognitione euãgeliorum a Ieronymo edita, quam ipſe interpretationem vocat, hoc pacto ait. Quia pene in omnibus nulla offenſio eſt, cum ſcripturam græcam contulerimus, & ſi quædam rariſſima immerito monent. & cętera. Hæc enim idcirco ab Auguſtino dicta putantur, quod Ieronymus palam diſſenſerit a codicibus græcis, qui palam frequentantur, & illa tantum ſecutus eſt volumina, quæ antiquiora erant, & veriora, ſed rariora, quæ forte Auguſtinus non viderat.

¶ Sed & aliunde probatur ipſos codices græcanicos corruptos etiã nunc eſſe. Etenim ſi diuerſi non ſint, cur igitur noui translatiſtæ tã varie traduxerunt? Si non ſint diuerſi, dubio procul perperam egerunt non conſpirando in tralatione. Cur inquam tam diſſonanter traduxerunt, ſi codices inter ſe conſentiunt? Cur quæſo inter ſe contendunt, & quaſi codices ipſos incuſantes ac exprobantes mutuo ſe prouocant? Etenim percontatur vnus ab altero, vbi eſt (inquit) ille codex rodienſis? Carpit & alius alium, improperans ei, quod certiſſimum putet, ac veriſſimum quicquid in ſuo codice græcanico habetur. Denique alius dicit Vallam (qui nouitatum author eſt) hallucinatũ fuiſſe. Rectius dixiſſet, ſi profeſſus fuiſſet, & ſeipſum & omnes bibliam eccleſiæ vellicantes in commune prorſus erraſſe.
Cum igitur inter huiuſmodi nouos translatiſtas, tanta ſit diſſonantia, nonne luculenter conficitur & græciſtas huiuſmodi græcanicas literas non ſatis calere, & codices quoque ipſos eſſe viciatos ac ſuſpectos. ¶ Sed fingamus codices græcos diuerſos non eſſe, quomodo nihilominus oſtendere poterunt aduerſarii eos illam complecti veritatem, quæ primis authoribus reuelata eſt diuinitus? Quomodo inquam perſuadere valebunt eos ita fideles, ac veros eſſe, vt tanquam certi atque autentici ſint citra dubitationem omnẽ acceptandi? Quicquid enim attulerint, nihil penitus facere poterit, niſi forte probabilem opinionem, ſi tamen faciat. Quandoquidem nihil ciꝰ tra cenſuram eccleſiaſticam ſiue ſynodalem poteſt fidem verã certam prorſuſque indubiam efficere. Proinde dicit Auguſtinus euangelio non crederem, niſi me eccleſię vrgeret authoritas, hoc eſt niſi diceret hoc euangelium eſſe Chriſti euãgelium. Atqui de ipſis græcanicis libris fides huiuſmodi haberi nõ poteſt. Quęnã ſynodus generalis, obſecro codices græcos & famoſos & carioſos probauit, vt fideles, autentícos, & dignos, quibus indubia fides ſit tribuenda?
Quis vnquam cetus patrum dixit a mille annis potius eſſe credendum græcis, quam bibliæ, qua vtitur eccleſia? Afferatur huiuſmodi probatio in medium. At quoniã nihil tale proferri poteſt, quo probari queat, vt decet, potius eſſe credendum codicibus græcis, quam bibliæ communi, quæ probatiſſima eſt, & apud eccleſias latinas in vſu habetur. Ineptiſſimum eſt aliter ſentire. Pellatur ergo hæc recens inſania, quę dicit bibliam communem viciatam eſſe. Satis emẽ & authoritatibus & rationibus permultis probauimus hoc pluſquã erroneum inſanumque eſſe. Sed de his hactenus.

¶ Capite decimoſexto probatur bíbliam communem eſſe probatam atque autenticam.

AM vero monſtrandum videtur bibliam latinam probatam autenticāq; eſſe. Qua in re non ignorandum eſt multa eſſe probationum genera. Etenim iuriſcōſulti tres generales ponunt probationū modos dicentes probationū aliam eſſe euidentiſſimā quę fit per inſtrumenta indubitata, alterā clarā, & euidentē, quę fit per teſtes, aut facti euidentiā. Aliam vero minus euidentem, quę fit per probabiles coniecturas, quanq̄ ſunt nonnulli ex eis qui peculiarius agentes, nouem modos ponunt, quos his verſiculis complectuntur. Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria, ſcriptū. Iurans, confeſſus, preſumptio, fama probabunt. Aliarum vero diſciplinarum profeſſores, præſertim philoſophi probationum ſpecies aliter ponunt dicentes in genere probationum aliam fieri per experiētiam, aliam per authoritatem, aliam vero per argumentationē, ſeu rationem quam & ſubdiuidunt in tot modos, quot ſunt probatiuarū argumentationū ſpecies. Quorū morem obſeruātes, vtpote theologis magis aſſuetum, interim probationē ab experientia prętermittentes quę in negotio noſtro nihil loci habet, ab authoritate probationem exordiamur. Cum enim ad aliquid probandum, & authoritas & ratio (vt aſſolet) afferuntur, ab authoritate eſt incipiendū, quēadmodum Auguſtinus in libro de moribus eccleſię teſtatur dicens. Naturę quidem ordo ita ſe habet, vt cum aliquid dicimus, rationē prędat authoritas. Nam ratio infirma videri poteſt, quæ cum reddita fuerit authoritatem poſtea per quam confirmetur aſſumit.

¶Hunc ergo modum, ordinemque aptum ſectantes probemus imprimis eccleſiæ authoritate bibliam communem probatam eſſe. Enimuero eccleſia ipſa vniuerſalis communem biblię tralationem probauit vſu aſſiduo, vtpote quę a mille annis & ſupra ea iugiter vſa eſt in officio eccleſiaſtico. Siquidem platina teſte biblia Ieronymi tempore Damaſi legi cœpta eſt. At vero plus mille ſunt anni quod Damaſus ipſe vixit. Deinde ſynodi generales ipſam eccleſiam referentes huiuſmodi biblia etiā vſæ ſunt a mille annis partim p hęreſibus confutandis, partim pro chriſtiana fide aſtruenda vſa eſt, & huiuſcemodi tralatione eccleſia Romana, quemadmodum teſtatur diuus Gregorius in principio moralium. At vero diutinus publicuſque vſus ſufficiens probatio eſt. ¶Porro ſummi pontifices bibliam ipſam, quam vſus habet eccleſiæ iamdudum probauerunt. Siquidem Ieronymi tralationem a Damaſo papa fuiſſe probatam teſtatur Platina, qui de ipſo agēs hūc in modum ait. Primus etiam Ieronymi ſcriptis authoritatem dedit cum prius ſeptuaginta interpretum ſcripta tantummodo in precio eſſent, nam & biblia Ieronymi legi cœpta eſt. Hæc ille. Deinde ſanctus Gregorius bibliā ipſam ſatis probauit, cum dixit in moralibus, vt ſuperius allegatum eſt, quicquid in noſtra biblia continetur, credi oportere. Item multi alii ſummi pontifices ſatis eam approbarunt, quod ea vſi ſint vt autentica, quemadmodum in decretis & decretalibus videre eſt.

¶Dices forte eos probaſſe ſacram ſcripturam, ſed non eam quæ in biblia communi habetur. O frōtem duriſſimam, quam probaſſe bibliam tibi videntur, niſi eam, quam in vſu viderunt eccleſiarum, & cuius quoque ſententias expreſſe citarunt? Stultum igitur eſt dicere aliam eos probare voluiſſe. Deniq̄ ſacri doctores eam ſatis, ac ſatis probarunt, quippe qui ſuis in cōmentariis eā vt autenticā explanarunt, & ei quoque vt ſolide baſi nixi ſunt parti pro veritate catholica roboranda, partim pro confutandis fidei chriſtianę aduerſariis, cum quibus duriſſimos conflictus habuerunt. Quod quidem ne lōgius proſequar luculenter ex eorum ſcriptis deprehēditur, in quibus ſi nō nūq̄ aliter citent quā in biblia latina præſertim quantū ad verba habeatur, non propterea moueri debes. Siquidē Ieronymus multa ſcripſerat anteq̄ vetus teſtamētū ex hebręo traduxiſſet in latinū, et nouum greçę fidei reddidiſſet. Itidem Auguſtinus anteq̄ editionem ipſius Ieronymi compertam habuiſſet, multa quoque ſcripſerat. Eapropter mirandum non eſt, ſi in primis eorum ſcriptis, quæ ſcilicet ante tēpora illa fecerant, aliter quantū ad verba pertinet poſuerint. At nihilominus pro dictis noſtris firmandis, & obiter refellendis quibuſdam ineptiis nonnulla ex Ieronymo teſtimonia proferre certum eſt. Imprimis Ieronymus ipſe in commentariis ſuper Matthęum vtitur eo textu, qui in biblia communi habetur, vbi & interpretans id quod Matthęi ſecundo capite habetur. At illi dixerūt in bethleē iudę, ſic ait, librariorū error eſt. Putamus em̄ ab euangeliſta primū editū ſicut in ipſo hebraico legimus, iudę, nō iudeę. Quæ eſt enim aliarū gentiū bethleē, vt ad diſtinctionē eius iudeę ponerētur? Iude aūt idcirco ſcribitur quia eſt & alia bethleem in galilea. Itidē Ieronymus ipſe cōtra Heluidiū citat illud quod lucę ſecūdo habetur, nolite timere. Ecce euāgelizo vobis gaudiū magnū quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Et illud eiuſdem. Gloria in excelſis deo & ſuper terram pax hominibus bonæ voluntatis. Et ſexto capite Eſaię in commentariis ait. Vnde & angeli clamabant paſtoribus. Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Idem libro tertio contra pelagianos affert quod in oratione dominica habetur dicens hoc pacto. Sequitur dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ſubdit ſtatī in prima

corporis cōmunione dicunt. Et dimitte nobis debita nostra, & rursus, & tamē iubentur dicere, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Porro idem contra præfatum Iouinianum, libro primo capite nono, asserit id quod Ioannis primo capite habetur. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. & cætera. Et id quod decimonono capite eiusdem habetur. Stabāt autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Porro secundo cōtra Iouinianum libro, citat de Apocalipsi, quod secūdo capite dicitur angelo Ephesi ecclesiæ. Scio opera tua & laborem, & patiētiā tuam. Et paulopost. Sed habeo aduersus te pauca, quod charitatem tuam reliquisti, memor itaq; esto vnde ceciderīs, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sinautem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiā egeris. Plura possent afferri loca ex communi biblia, quibus suis in scriptis vsus est Ieronymus, sed satis esse videntur, quæ deprompta sunt in præsentia. Quę a nobis abducta sunt, partim vt probaremus Ieronymum biblia communi vsum fuisse, ac propterea eam vt autēticam probasse, partim vt quosdam sciolos huius temporis ridiculos ostenderemus, qui omnia pene imutare præsumunt. Dicunt enī ex eis nonnulli dicēdum esse. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bona volūtas, cum Ieronymus, & omnes ecclesię doctores, bonę voluntatis dicant, quemadmodū ex eorum libris constat. Nam & Gregorius in homelia de natiuitate domini, & in libro moralium vicesimoseptimo, dicit. Gloriā in excelsis deo, & ī terra pax hominibus bonę voluntatis. Porro quidam ex eis dicunt. In principio erat sermo, cū nullus doctor inueniri possit, qui nō dicat. In principio erat verbum. Alius dicit, vxor Cleophe, cum omnes dicāt, Maria Cleophe. ¶Item alius nimia dementia pulsatus præsumpsit, in oratione dominica, quam dominus Christus sacro ore deprompsit, aliquid immutare ponēs delicta pro debita, dicendo, & dimitte nobis delicta nostra, quæ profecto temeritas non solum doctoribus docentibus, cum locum illum citāt, & dimitte nobis debita nostra, sed etiā rationi aduersatur, vtpote quę minuat illius orationis energiā. Cum enim pro sententia omnium recte sentientium oratio illa cōplectatur quicquid decēter a deo peti potest, si diceretur, dimitte nobis delicta nostra proculdubio non omne illud in ipsa oratione cōprehenderetur. Etenim multa sunt debita, quę delicta nō sunt, quæ nihilominus a deo petuntur dimitti, videlicet mali habitus, alięque peccatorum reliquię, vt sunt pœnę peccatis etiam remissis debitæ. Non enim cum perveram contritione m datur remissio peccatorū,

semper fit omnimoda pœnarum dimissio, sed plerūque pœnę multę supersunt, quas vel in hoc, vel certe futuro sęculo, delere opus est, antea quā pateat cœlestis regni ingressus. Hæc autem minime cōprehenduntur delictorum vocabulo, quę tamen apte debitorū nomine intelliguntur. Quibus animaduersis patet eum esse insanum, qui ausus sit tā ineptā facere mutationē, & ingenti quoque animaduersione dignū esse. Si enim illi ipsi, qui aliis in locis scripturæ diuinæ quicquā mutare ausi sunt, derideri solent. Solet & eis improperari quod Magnificat corrigere velint, nonne multis conuiciis, immo & flagellis onerādi sunt, qui in ipsa oratione dominica quicquā immutandum censent? ¶Denique de Apocalipsi mentionem idcirco fecimus, vt īprimis insani hęresiarchę Lutheri peruersam hæresim cōfutaremus, qui putat fidē salutī sufficere, nec bonis operibus opus esse. Hoc enim per verba ex Apocalipsi deprompta palā refellitur, quibus arguitur angelus, id est episcopus Ephesi, quod primā charitatem destituerit, & iubetur prima opera efficere. Cui consentiens Paulus dixit, si fidem habuerit tantā, vt montes etiā transferat, sine charitate, nihil sibi prodesse. Non fuit igitur cur ille insanus epistolam diui Iacobi propterea refelleret, quod dixerit fidem sine operibus mortuā esse. Deinde de Apocalipsi meminimus, vt cuiusdam theologastri insaniam refelleremus, qui addubitat an ipsa Apocalipsis sit a Ioāne apostolo effecta. Etenim Ieronymus multis in locis hoc ipsum asserit, īprimis, libro de viris illustribus, aperte dicit Ioannem apostolum & euangelistā in Pathmos insula Apocalipsim scripsisse. Idem quoque libro primo contra Iouinianū ait ipsum Ioannem apostolū, quē ibidē asserit non fuisse cōstitutū a Christo caput ecclesiæ, ne adhuc adolescens, ac pene puer progressę ętatis hominibus præferretur, in pathmos insula vidisse Apocalipsim infinita futurorum mysteria continentem. Hoc idē asserit secundo contra eundē libro. Asserit & in altercatione luciferiani, & orthodoxi probans ex ea hęreticis sine baptismate debere pœnitentiam concedi. Denique, vt subiiciam quod maioris est momenti. Ecclesia hoc ipsum asserit, quæ sub nomine Ioannis apostoli vtitur multis ex ipsa Apocalipsi depromptis in officio ecclesiastico. Quapropter temerarium, scādalosum, prorsusque erroneū est aliter vel sentire, vel addubitare. Etenim in rebus huiuscemodi dubitare infidelitatis argumentū est. Sed de his iam satis. Ad institutum reddeamus, & rationibus probemus bibliam ipsam, qua vtitur ecclesia probatam, autēticamque esse. ¶Enimuero scriptura illa probata autenticaque cēseri debet, quę diutissimo tempore ac longissimo vsu vt autentica semper reputa est. At ita est de biblia ipsa qua passim vtitur ecclesia

latina. Nam a mille annis & supra vsa est ecclesia latinorum biblia communi vt probata atque autentica. Cum igitur longissimo tempore in vsu fuerit ecclesię, & nihil appareat in ea falsitatis, dubium esse nō debet quin sit autentica. Solet enim antiquitas rebus authoritatem impartiri, præsertim cū nihil apparet erroris, seu falsitatis. ¶ Deinde antiquissima instrumenta non sunt in dubium vocanda nisi apertissime constet in eis aliquid falsitatis, vel erroris cōtineri. At biblia communis instrumentum, ac testamentum est, tum vetustissimum, tum fidelissimū, vtpote quod nihil prorsus erroris contineat. Aliter enim sentire, hęreticari est. Addo quod nullus potest sufficienter probare aliquid ibidem falsitatis inesse. Quapropter insanum est secus affirmare. Insanū enim est rebus antiquissimis falsitatem impingere nisi falsitas ipsa apertissime ostēdi possit. Oportet enim probationes in rebus huiuscemodi luce meridiana clariores esse. At vero contra bibliam cōmunē nihil tale produci potest. ¶ Ad hæc bibliam latinā approbatā & autenticā semper credidit, asseruitq; ecclesia fidelium. Atqui non potest ecclesia ipsa in rebus huiuscemodi hallucinari. Qui aliter asserit, prorsus insanit. Si em̄ fundamentum huiusmodi nutarit, quid obsecro remanebit solidi-tatis? Nihil plane. Ergo non sunt audiendi hoc tempore homines ineptissimi, qui malo œstro perciti dicere audent bibliā ipsam nec probatam. nec autenticā esse. Si enim Iepte dux israelitici populi filios Ammon bello repetere volentes terram, quam filii israel trecentis iam annis possederant, reppulit dicēs. Quare tanto tempore nihil super hac reppetitione tentasti, quomodo refellendi nō erunt noui ammonitę, qui biblię latinæ mille iam annos & supra receptæ ac perpetuo in vsu habitę, iniusta bella nūc indicere volunt? Volūt & hereditatē ecclesiæ dissipare, & latinos fideles suo iure antiquissimo viduare. ¶ Denique si biblia latina nec probata, nec autentica est, profecto nunquā habuit ecclesia, sed nec habitura quidem est bibliam autenticam. At hoc dicere, non solum absurdissimū, sed etiā prorsus insanum est. Non enim habuit ecclesia latinorum a tempore Ieronymi bibliam aliam probatam, quam eam, qua hactenus vsa est, aut detur illa. Sed quod aliam vel probatā vel probatiorem nō sit deinceps habitura, nullo negotio confici potest. Enimuero prorsus ridiculum est dicere Christum ecclesię sponsum, ecclesiæ latinæ in qua vel totus christianismus, vel certe portio eius potissima est, necdum consuluisse, sed in fine mundi cōsulturum esse. Quomodo verisimile est eum tantis pervoluisse differre, cum nulla penitus causa huiusmodi dilationis afferri possit? Quomodo inquam credibile est eum piis, ac feruentibus christianis, qui principio ecclesiæ fuerūt

legem minime dedisse, & frigidis parumque piis, qui in fine mundi futuri sunt, reseruare? Sed & mihi velim dicat pertinax aduersarius an Christus sit aliam scripturam diuinam reuelaturus, quam eā quę per homines spiritu sancto afflatos iā olim tradita est, an potius eā quę extat, sit per eos, quos delegerit, veritati restituturus? Si dixerit primum, dicemus & nos eū plusquā insanum & maledictioni quoque illi esse obnoxium, quam in calce Apocalipsis Ioannes apostolus posuit. Sin dederit alterum, quonammodo id fieri possit, edisserat. Non enim posset per codices grecanicos nouum testamentum restitui, vtpote qui diuersi sint, & suspecti, ac propterea nihil certitudinis, vel authoritatis habeant. Nec vetus quoque testamētum per hebręa volumina posset emendari, vtpote quæ a peruersis Iudęis iā pridem falsata sint. Et quanquā falsum illud est, quod Lyranus quēdam Raymundum sectatus ait, scripturam diuinam antequā in latinum verteretur deprauatam fuisse, hoc tamen verum est peruersos Iudęos ab eo tempore, quo in latinum versa est, vetus corrupisse testamentum multis in locis, præsertim qui de Christo mentionem faciebant, & aliter non poterant interpretari. Quibus animaduersis conficitur bibliam latinam nunc emendari non posse per recursum ad eas scripturas, ex quibus traducta est, quapropter restitui modo non potest, sed nec debet quidem, vtpote quæ probata sit & autenti ca, quemadmodum iam satis, ac satis probauimus.

¶ Capite decimoseptimo ostenditur bibliam latinam siue communem plane sufficientem esse, & cuiusdam theologastri fantasmatibus respondetur.

IAm supereſt oſtendere bibliam communem ſufficientem eſſe. Qua in re duplex intelligētia eſſe poteſt. Siquidem intelligere primū licet ſcripturā diuinā, id eſt quę diuinitus reuelata eſt, & in biblia continetur ſufficere humano generi ad ſalutem cō ſequendam, de qua re nihil impræſentiarum. Licet & intelligere bibliam ipſam latinam ſufficienter traductā eſſe. Et hoc eſt quod hic breuiter oſtendere inſtituimus. Enimuero ſcriptura illa ſufficienter traducta cenſeri debet, quæ & vbique vera & probata quoq; atque autentica eſt. At ita eſt de biblia latina qua paſſim vtitur eccleſia, quemadmodum in ſuperioribus fuſiſſime probauimus. Eamobrem ſufficiens citra dubitationem omnē cenſeri debet, & quidem ita ſufficiens, vt nulla alia quouiſmodo ſit opus. Plures poſſent afferri probationes. At nihil neceſſe eſt, cum ea quę in ſuperioribus dicta ſunt, admodum ſufficienter probent bibliam

communem decenter traductam ſufficientemque eſſe. Quamobrē reſtat duntaxat obiectiunculas quaſdam affere, quibus in oppoſitū nititur quidam theologaſter in quodam compendio theologiæ, in quo pene tot ſunt vicia, quot folia. Volens enim ille bilinguis ſuos candidatos euadere trilingues, quod triū linguarū notitia ſit neceſſaria. Et (vt ſomniat) ad intelligentiam ſacræ ſcripturę, nititur probare tralationem Ieronymi, id eſt eam, quę in biblia latina eſt, non ſufficere. Eius itaque ratiunculas pluſquam aſininas afferre ſeriatimq; diluere nobis certum eſt, vt & illius indocta temeritas penitus refellatur, & veritas deffendatur. Ait imprimis plurimis modis referre e ſuis haurias fontibus aliquid, an e qualibuſcunque lacunis.

¶ Heu miſer homuncio qua fronte audes tralationem Ieronymi lacunam vocare? Hęccine eſt ratio verę theologiæ, quam tuos theologulos doces bibliam, ſcilicet ab eccleſia probatam dicere lacunam? Sed obſecro vbi ſunt illi fontes, in quibus diuinę ſcripturę purum liquorem nunc haurire liceat? Nunquid obſtinati Iudęi, nunquid gręci leues, ac ſciſmatici illos fontes puriſſimos, quos non habent, tibi aliquando oſtendent? Nonne Iudęorum inſtar nouos codices introducere tentas, quibus veritas ſcripturę catholicę ſubuertatur? Nonne & turbine græco latinā vis confundere puritatem? Deſine miſer talia moliri, ſi moliri ſatagis, tui etiā conatus prorſus ianes euadēt.

¶ Deinde ait quædam ob ſermonum ydiomata ne poſſe quidē ita transfundi in alienam linguam, vt eandē lucem vt natiuam gratiā, vt parem obtineant emphaſim. Item quædam eſſe minutiora quā vt omnino reddi poſſint, id quod paſſim quæritur clamitatq; diuus Ieronymus. ¶ Rogo imprimis an ſint peregrinæ linguae propterea diſcendę, vt ex eis transfundantur ea, quæ traduci nequeunt, vel ob linguę proprietatem, vel propterea quia minutiora ſunt, quā vt trāſfundi queāt? At hoc ſtultum eſt putare. Stultum enim eſt aliquam diſcere linguam pro transferendis eis, quę transferri non poſſunt. Aut ſunt diſcendæ linguę pro tralatione decenter facienda, hoc eſt non reddendo verbum verbo, ſed ſenſum exprimendo ex ſenſu. Et hoc eſt acta agere velle, cum bibliam a Ieronymo editā habeat eccleſia latina, qua nulla quantū ad ſenſum fieri poteſt decentius, quē admodum iam ſatis in ſuperioribus probatum eſt. Aut denicq; ſunt peregrinę linguę diſcendæ vt intelligantur, quædam aptius in ipſo fonte, quæ ſcilicet nō ita plene caperentur in tralatione. Et hoc quo que ineptum eſt ſentire. Siquidē ad ſanam alicuius ſcripturę intelligentiam, non eſt opus noſſe ſenſus omnes, qui ex ipſis vocabulis haberi poſſunt, ſed ſatis eſt pręcipuum ſenſum ab authore intentū intellígere. Alioqui nec Ambroſius, nec Auguſtinus, nec Gregorius,

nec Bernardus, nec Beda, nec alii demum innumeri latini (vt iterim de grecis taceam) vetus teſtamentum intellexiſſent, quippe qui linguam hebraicam neſcientes, non potuerunt ex ipſo fonte hebraico ſenſum haurire. Sed & theologaſter iſte, cui reſpōdemus, ipſam veterem legem ignoraret, vtpote qui profiteatur ſe hebraicum non ſatis compertum habere. Quod ſi dederimus, vt dādum eſt, eum ſcripturam veteris teſtamenti ignorare, tamen non fatebimur doctiſſimos illos patres ignoraſſe, eſto hebraice neſciuerint. Non eſt igitur opus ad ſanam ſufficientemque ſcripturę diuinę intelligentiam linguas peregrinas noſſe. Alioqui opus eſſet non ſolū tres, ſed quatuor immo & quinque linguas compertas habere, quandoquidem multi ſacrę ſcripturę libri primitus caldaice ſcripti ſunt. Et Iob quoq; partim arabice primum ſcriptus eſt. Quapropter ſi peregrinarum linguarum notitia opus eſſet ad intelligentiam ſcripturę ſanctę, oporteret theologum nō ſolum trilinguem, ſed etiam quinquelinguem eſſe. Sed quis hanc ferat demētiam? Porro ſenſus ille qui potiſſimū in ſcripturis diuinis quærendus eſt, poteſt per tralationem ſufficienter haberi. Alioqui ſequeretur ſpiritum ſanctum vni popello Iudaico legem dediſſe, quę per interpretationem in alias linguas trāsfundi non poſſet ſufficienter. Ad hoc abſurdiſſimum eſt ſentire, cū lex ipſa vetus non ſolum Iudęis, ſed etiam per eos toti eccleſię diuinitus reuelata ſit, quemadmodum & noua lex græce primum tradita eſt nō tantū pro græcorum, ſed etiam nationum omnium ſalute. Cum igitur ſenſus ille quem diuinis in libris ſcrutari ſufficit, nobis ſit per tralationem ſatis transfuſus, nihil eſt prætereā deſiderandum, præſertim cum dicat Auguſtinus decimooctauo de ciuitate dei, nihil ſacris in literis eſſe conſiderādum, niſi quod per homines dei ſpiritus dixit. Adde cum biblia latina ſpiritu ſancto dirigēte facta fuerit, ſane dubitari non debet in tralatione transfuſum eſſe, quod per archetipam ſcripturam potiſſimum intendebatur. Ergo in tralatione id omne obſeruatum eſt, quod obſeruandum erat. Impium enim eſſet putare in eo opere fuiſſe ceſſatum, quod peculiari diuini ſpiritus gratia effectum eſt. Cum itaq; obſeruata ſint omnia, quibus opus erat, cur obſecro externarum linguarum auxilia deſideraremus? neq; vero vocalium ipſarum, quæ transferri nō poſſunt, deſiderium ad id concitare debet. quandoquidem ſatis eſt (vt diximus) ſenſum ab authore intentum in tralatione decenter poſitum habere, quemadmodum oſtendit Ieronymus in libro de optimo genere interpretandi. Denique ſtultum eſt ad ſcopum longiore via tendere, quando breuiori compendio peruenirī poteſt. Atqui breuiori faciliorique via poteſt ſacrarum literarum ſcopus attīgi, quam per notitiam linguarū

peregrinarum,puta per diligens ſtudium gloſſarum probatorumq; doctorum. Quid igitur neceſſe eſt longiſſimi temporis(quod & precioſum eſt & recuperari non poteſt) iacturam in linguarum cognitione facere? Quid inquam neceſſe eſt in tanta vitæ breuitate tempus terrere in rebus huiuſmodi nihil profuturis,propter pauciſſima verba quæ eadem in tralatione conſeruata ſunt,cum Ieronymus ea fuerit ita decenter interpretatusvt nihil ſit in ea parte deſiderandū? Vt enim veſanus eſt qui contendit Italicam,Hyſpanicam aut aliā linguam eſſe dicendam propter noticiam pauciſſimorum verborū forte cuipiam libro latino inſertorum habendam. Ita & inſanus eſt qui putat hebraicam linguam neceſſario eſſe diſcendam, propter pauculaverba hebręa quę propter illius linguę honorem ſiue authoritatem abſque tralatione in biblia latina poſita ſunt. Quandoquidem eorum intelligentia poteſt in promptu minimoque labore alias haberi. Caſſo igitur labore ſe conſumeret qui propterea vellet anhælantia ſtridentiaque verba perdiſcere. ¶Et quāquam Auguſtinus libro ſecundo de doctrina Chriſtiana dicat ſcripturam gene ratim duabus cauſis nō intelligi,quia ſcilicet ignota ſunt ſigna, vel ambigua,& contra ignota magnum ait remedium eſſe linguarum cognitionē, tamen ibidem ſubiungit ipſe propter illa pauca quę interrogare facillimum eſt,linguarum notitiam neceſſariam minime eſſe. Et recte ſane. Quomodo precor neceſſaria foret,cum interpretatio talium vocabulorum plene habeatur in libris latinis?

¶Sed ait aliquis ſaltem propter diuerſitatem interpretationum latinarum id opus eſſe. Nam & Auguſtinus ibidem ait latinę linguæ homines propter huiuſmodi diuerſitatem duabus aliis linguis habere opus hebręa,ſcilicet & greca,vt ad exemplaria precedentia recurratur ſi quam dubitationem attulerit latinorum infinita varietas. Verum huic obiectiunculę prius reſponſum eſt. Et breuiter hic dicitur rationem Auguſtini modo nihil habere loci,cum nunc infinita non ſit codicum latinorum diuerſitas,ſed vnus dūtaxat certus ac ſufficiens habeatur pro cuius intelligentia non eſt opus collatione mutua diuerſorum voluminum,ſed ſatis eſt diligens ſtudiū gloſſarum probatorumque expoſitorum. Et reuera plus ad id cōfert probata alicuius doctoris explanatio,quam collatio variorum codicū, ne dicam interim huiuſmodi collationem plus ſępe officere quam prodeſſe. Solet enim experientia teſte ingenium confundere. Verbum igitur Auguſtini pro tempore illo capiendum eſt quo nec certa tralatio bibliæ adhuc habebatur, nec explanationes in eam ſuffi cienter effectę fuerant. Sed de his iam ſatis. Proinde reuertamur ad reliquas ineptias iſtius theologaſtri excutiendas.

¶Ait enim cōſequēter in hūc modū. Quid quod per multa ab Ieronymo reſtituta tēporum iniuria interciderunt, velut nouū teſtamentū ad grecā veritatem emendatum,velutobelorū & aſteriſcorū notulę veluti prophetę cōmatis colis & periodis diſtincti. ¶Vide iprimis prudens lector q̄varias in formas ſe protheus iſte mutet. Etenim cuidā ſtunicę reſpōdere ſatagēs inficiatur non ſemel tralationē latinā ab Ieronymo recognitam fuiſſe. Sicenī ait. Qm̄ & illud aſſumit parū verecunde hanc tralationē quā nunc habet vſus eccleſiaſticus,aut eſſe Ieronymi aut certe ab Ieronymo caſtigatā, cum in annotationibus tot argumētis doceam,immo cum res ipſa clamitet hoc eſſe falſum. Et poſtmodū atq; hic rurſus impudenter aſſumit ſtunica hanc tralationem qua nunc vtitur eccleſia,ab Ieronymo fuiſſe recognitam,cum & verba quædam in commentariis taxet Ieronymus,& quædam indicet ſupereſſe,quędam diuerſo ſenſu legi, Vides ergo mi lector quam aperte neget ibi tralationem latinam ab Ieronymo fuiſſe recognitam,& tamen hic profitetur nouum teſtamentum ab eo fuiſſe emendatum. Quid obſecro aliud dicturus es de homine tā vario ac verſipelle q̄ illud catonianum,cōueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe. Quod autē ait recognitionē a Ieronymo elaboratā periiſſe,hoc falſum pœnitus eſſe ſatis diffuſe in ſuperioribus mōſtrauimus. Probauimus enim aperte nouū teſtamētū ab Ieronymo recognitū eſſe,& recognitionem quoque ab eo factam eam eſſe quæ in biblia communi cōtinetur. Quātum ad obelos & aſteriſcos iā diximus adhucque dicimus Ieronymū ipſum imprimis traduxiſſe vetus teſtamentum de greco in latinum,eūque talibus ſignis diſtinxiſſe,verū huiuſmodi opus non diu in vſu fuiſſe. Etenim poſtquam Ieronymus ipſe tralationē de hebraico fecit ī latinū,mox precedens tralatio quę huiuſmodi ſigna habebat,& propterea faſtidium legentibus afferebat,in diſſuetudinem abiit. Nec iniuria vtpote quæ parum vtilis eſſe cœpiſſet noua iā recepta ī qua nihil talium ſignorum appoſitum eſt,ſed nec adhibere quidā opus fuit quod ipſa fideliter ab eo facta fuerat,nec quicquam certe notabile de hebraica veritate in ea vel addiderat vel mutauerat. Nimirum igitur ſi prima tralatio intercidit,cum tamen altera diligentiſſime ſeruata ſit,quę & nunc habetur in vſu. Sed reliqua proſequamur. ¶Sciſcitatur ſubinde hoc pacto. Quid quod ſcriptorū vel errore vel temeritate ſacri codices tum olim viciati ſunt,tū hodie paſſim viciātur. ¶Si olim viciati ſunt codices dic precor ſciole cur no uam ex libris deprauatis tralationem moliris? cur propter intelligentiam viciatorum codicum ſuades linguas eſſe diſcendas? Non enim ſoli codices latini iamprídem corrupti ſunt, ſed etiam hebręi

& græci. Et quidem gręcus ipſe Origenes conquerítur líbros euangelícos apud græcos multis ín locís varios eſſe, eaque de re putat eos fuiſſe deprauatos. Quod autem aít theologaſter íſte codíces díuínos hodíe paſſím vitiarí, íd plane falſum eſt, níſí intelligat a ſe ſuíque ſimilíbus íd effící quí ímpudenter auſí ſunt adhucque audét ſacros líbros partím falſís ínterpretatiónibus, partím íneptís paraphraſibus deprauare. Sed nunquíd propter huíuſmodí paraphraſes, íd eſt, corruptiones ſeu deprauationes (hoc enim verbum ípſum vere ſonat) ſunt vel nouę tralationes faciunde, vel diſcendę peregrinę línguæ? Plane rídículum. Sed cœptum ſequamur íter.

¶ Aít enim poſtea hunc in modum. Quíd quod Ieronymus vnus omnia nec reſtítuit, nec potuít reſtítuere? Quíd ſí ídem quędam perperam vel emendauít vel tranſtulít? Aufer míhí illa tragica, O celum, O terra líceat vera loquí. Quamlíbet vir pius, quamlíbet erudítus homo erat, & falli potuit & fallere. Multa (vt opinor) illũ fugerunt, multa fefellerunt.

Audíſtí mí lector verba peruerſa, hæretica & blaſphema, peruerſa quídem quod ſacro doctorí Ieronymo calumníam ímpínguant. Hæretica quod veritati catholícæ ab eccleſía diffínitę refrangentur palamque diſſentíant, blaſphema quod ínjuríam faciunt ſpíritui ſancto, cuius afflatu Ieronymus ípſe decenter bíblíam ædídít, nec quícquam perperam vel tranſtulít vel emendauít. Eſto enim Ieronymus omnía reſtituere non potuerít humana duntaxat indu ſtría, tamen íd potuít díuína peculiarique gratía. Quod & citra dubíum fecít. Eſto ínquam ſuis ín commentaríis alíqua díxerít non ſatís penſículate, níhíl tamen perperam ſacrís ín líteris ab eccleſía probatís vel tranſtulít vel emendauít. Quandoquídem negocíum totíus eccleſíæ tum agebatur in quo nímírum credendus eſt ſpecíalíſſíme fuiſſe íllúſtratus, quemadmodum antea ſatís díffuſe a nobís dictum eſt. Quapropter hæretícum eſt putare eum in re huíuſmodí perperam alíquíd commíſíſſe. Itaque non auferemus ílla tragica o cœlum o terra. Sed nonníhíl adíícientes exclamabímus o portenta ín vltímas terras deportãda, & duríſſímís quoq; extermínãda flagellís. Enímuero quãdíu mõſtra huíuſmodí perſeuerabũt, authorem ípſum nõ poterímus nõ exíſtímare hæretícum aut certe de hęreſí vehemẽtíſſíme vt cõmuní more loquar, ſuſpectũ. Si enim Origenes íãdudũ a patríbus vt hęretícus vel poſt mortẽ damnatus fuít, quod peruerſa dogmata ſuis ín líbrís ínſeruiſſet quę nullíbí eũ decãtaſſe repererũt. Nonne & eodẽ calculo dãnandí ſunt quí hęreſes publícę ędítas necdum recantarunt, ſed nec recantare quídem velle vídentur. Nonne ad damnandum homínem vt hæretícum

ſatís eſt, ſí poſt debítam admonítionem reſípíſcere nolit? Ita ſane. Quod ſí díxerít ſe pertinacem non eſſe, nos ei fídem non tríbuemus níſí dictís facta conſentíre vídeantur, ímmo quamdíu palímodíam cantare detrectarít, tandíu nota hæreſeos ínuretur. Proínde ſí calũníator íſte nec víderí nec dící velít hæretícus, palímodíam dícat oportet. At dícít ípſe Ieronymum homínem fuíſſe propteréaque falli potuiſſe & fallere & multa quoque eum fugíſſe. Reſpondetur eodem elencho probarí poſſe Moyſem, Dauíd, Salomonem, alíoſque díuínorum líbrorum authores ín ípſís líbrís ſcribendís hallucínatos fuiſſe. Síquidem & ípſí homínes fuerunt, quos & multa latuiſſe dubíum non eſt. Non enim fuerunt omní ſcientes, At vero cum nefarium ſit putare eos ín huíuſmodí negocíís erraſſe (vt ínterím de alíís taceam) ímpíum quoque fuerít ſentíre Ieronymum díuínitus delectum ín transferenda ſeu reſtituẽda ſacra ſcríptura, quã probauit eccleſía, vel tranſuerſum vnguem aberraſſe. Eſt ígitur probatío aduerſaríí prorſus a ſínína. Dícít forte Ieronymum non eſſe prophetís conferendum. At hoc falſum eſt quantum ad tralatiónem díuínæ ſcripturæ ab eccleſía probatę pertínet. Quãdoquídem eodem ſpíritu ędíte ſunt quo prímum ſcriptę. ¶ Quod autem poſtea dícít commentaría Ieronymí ſatís intelligí non poſſe ſí línguę quarum teſtímoníís nituntur prorſus ígnorentur. Reſpondetur Ieronymum ípſum íllís ín commentaríís quíbus de tralatiónibus díſceptat, duo generatím ponere ſolere. Imprímís enim ípſarum tralatíonum díſcutíonem pręmíttit. Deínde ſubíungít ſcripturę díuínæ explanatíonem. Ad plenam ígítur íntellígentíam íllarum examínatíonum exígeretur vtcunque línguarum notítía, ſed hoc tempore mínime neceſſarium eſt ín illís excutíendís verſarí. Quandoquídẽ nullomodo de tralatíone veteris teſtamentí dubítandum eſt. Et quãquam prímo Ieronymí tẽpore hoc fuerít oportunũ quo necdũ recepta erat noua tralatío quam de hebraíco fonte fecerat, poſtea tamen mínime opus fuít. Itaq; nunc pro re nõ íta neceſſaría mínime neceſſe eſt línguas peregrínas ediſcere. Sed & pro ípſís quoq; explanatíonibus (quę longe maioris ſunt commoditatís) nullius línguæ pręterquã latínæ cognítíone opus eſt. Ineptum eſt ígítur propterea velle trílínguẽ ſcolã ſuſcítare. ¶ Sed rurſus aít, ſí ſemel ſufficiebat Ieronymíana tralatío, quorſum tandem attínebat caueri pontíficum decretís, vt veteris ínſtrumentí veritas ab hebræís voluminibus, nouí fídes e græcorum fontíbus peteretur, quod ípſum non vno ín loco pręcípit díuus Auguſtínus. Reſpondetur ímprímís falſum eſſe quod aſſerít de díuo Auguſtíno. Scríbens enim ad Ieronymum díſſuadebat tralatíonem de hebræo facere in latí-

num. Non enim veriſimile ei videbatur quicquam hębraicis in libris eſſe quod per ſeptuaginta interpretes traductum non fuiſſet, quorum & tralationem ingentis authoritatis putabat. Quomodo igitur ſenſiſſet eſſe recurrendum ad hębraicum fontem, cuius veritatem in riuo tralationis ſatis contineri opinabatur?

¶Sed dicet aduerſarius ſaltem Auguſtinum fateri noui teſtamenti fidem e grecorum fontibus petendam eſſe. Nam cum loco quodam fuiſſet ab aduerſario adductum ex eccleſiaſtico teſtimonium cuius ſenſus eſſet abſurdus, iubet ipſe Auguſtinus vt græcam tralationem conſulat, velut illinc peti poſſet certior veritas. Reſpondetur hæc ab Auguſtino dicta fuiſſe antequam Ieronymus tralationem veteris teſtamenti faceret ex hebræo. Antea enim pene ſola tralatio ſeptuaginta interpretum erat in vſu eccleſiarum latinarum, quæ & multis in locis deprauata erat. Idcirco recte putabat Auguſtinus ad codices græcos tunc recurrendum. At vero poſtea nihil neceſſe fuit.

¶Sed dicet aliquis, Ieronymus ipſe etiam putat ad alias linguas e quibus facta eſt tralatio eſſe recurrendum, quando varietas in latinis codicibus reperitur. Nam vt cętera loca prętermittantur, in epiſtola ad Sumniam & Fretetellam ſic ait. Sicut autem in nouo teſtamento ſi quando apud latinos quæſtio exoritur, & eſt inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem græci ſermonis, in quo nouum ſcriptum eſt inſtrumentum, ita in veteri teſtamento, ſi quando inter græcos latinosque diuerſitas eſt, ad hebraicam recurrimus veritatem, vt quicquid de fonte proficiſcitur hoc quæramus in riuulis. Reſpondetur hęc a Ieronymo dicta eſſe antequā vetus ex hebręo teſtamētum verteret, & nouum gręcę redderet veritati, aut certe antequam ſui labores recepti eſſent. Eodem modo ſunt capienda quę ab aliis patribus hac in re dicuntur. Itaque quod de pontificibus dicit aduerſarius, ſcilicet eos cauiſſe vt veritas quæratur ab hebræis græcisque codicibus, falſum eſt ſi intelligatur, vt aduerſarius intelligere velle videtur poſtquam videlicet recepta eſt Ieronymi tralatio. Quamquam verum eſt ab eis frequēter cautum fuiſſe vt biblia in ſua integritate conſeruaretur, & ſi mendę aliquę admitterentur a ſcriptoribus imperitis vel dormitantibus, ad exemplaria vera ſed latina diligenter emendarentur. Et debuiſſet aduerſarius vel vnum afferre canonem patrum in quo caueatur eſſe recurrēdum ad peregrinas linguas, maxime poſtquam tralatio Ieronymi acceptata eſt.

¶Quod denięq; ſubiūgit, ſi hæc qua vulgo vtimur ſatis erat, qui poſtea factum eſt vt tot manifeſtariis ac pudendis erratis lapſi ſint

primi nominis theologi, in quibus eſt & Auguſtinus inter antiquos pręcipuus.

¶Det imprimis calumniator iſte arrogantiſſimus locos illos in quibus tam aperte (vt ait) lapſi ſunt Auguſtinus aliique doctores vetuſtiſſimi, præſertim quando ſcripturæ veſtigia ſecuti ſunt, quēadmodum inſinuat. Det vel vnum bibliæ communis locum, ſi plures non poſſit, qui occaſionem errandi per ſe tribuerit ipſis primi nominis theologis. Quod ſi nequeat, vt reuera nequit, deſinat tum ſacris literis tum doctoribus ſanctis calumniam prorſus iniuſtam impingere. Nunquam enim ſacræ ipſę literę cuiquam per ſe tribuerunt cauſam errandi. Et ſi per accidens tribuerunt male intelligentibus, non tamen propterea cauſam dediſſe putandæ ſunt. Qui aliter putat, paralogiſmo deluditur. Sed obſecro nunquid ad vitandam cauſam per accidens errorum ſunt linguæ diſcendę, faciendaque noua tralatio? Minime ſane. Nam & ea quę fieret interpretatio, etiam cauſa per accidens errorum ita facile eſſe poſſet, ſicut & tralatio communis. Quamobrem caſſo labore efficeretur. Quod autem ſacri doctores interdum hallucinati ſint, hoc non fecit tralatio latina vt ſomniator iſte garrit, ſed permiſſi ſunt interdum labi vt homines, ne ſcripta eorum prorſus diuina & æqualis cum ſacra ſcriptura authoritatis eſſe putarentur. Quomodo & homines ſanctitate inſignes nonnunquam in vitium labi permiſſi ſunt, ne propter ęgregias virtutes pluſquam homines exiſtimarentur a cæteris, quemadmodum teſtatur diuus Ambroſius ſuper Lucam, libro tertio dicens hoc pacto. Et plærumque in illuſtribus & beatis viris grauia peccata fuiſſe reperies vt quaſi homines tentationi patuiſſe cognoſcas, ne virtutibus ęgregiis pluſquam homines crederentur.

Quibus animaduerſis debuit potius linguax iſte maledicam cohibere linguam, quam linguas peregrinas citra cauſam multiplicare conando, virulentę linguę iacula in ſanctos doctores vibrare. Et adhuc miramur ſi poſteriores ſcolaſticosque doctores deſpiciat iſte theologaſter, cum luciferiano tumore agitatus audeat impudenter ſanctiſſimis doctiſſimisque patribus crimen impingere pudendi erroris. Quis vnquam tam procaciter, tam contumelioſe, tamque impudenter de patribus illis antea loqui præſumpſerat?

¶Sed iam huic controuerſiæ finē imponētes cōficiamus prolixe intelligēdis ſacris ſcripturis nihil nūc opus eſſe peregrinarū linguarum cognitione, eāq; obrē caſſum ac friuolū eſſe i eis propterea diſcēdis operā ſumere. Cōficiamus & minus neceſſariū eſſe pro noua ſacræ

ſcripturę tralatione facienda línguas ipſas ediſcere,quãdoquidem tralatio ipſa communis plane ſufficiens eſt,ſicut iam nobis ſuperius dictum eſt. Conficiamus denique inſanum penitus eſſe hęreſim que redolere,ſi in ipſis línguis peregrinis ad eum finem diſcendis quiſquam deſudandum affirmarit. Qui enim taliter affectus eſt, peruerſæ ſentit de biblia latina,vtpote qui putat ad alias lĩguas nũc recurrendum eſſe propterea quod ſuo iudício tralatio latina fideliter ac decenter effecta non ſit. Hoc enim peruerſam hæroſim redolet. Et qui tali veſaniæ eſt adictus peruerſus hæreticus eſt. Qui autẽ ad alium finem & vſum voluerit hebraicę gręceque ſcire,ipſe viderit. Nihil enim hoc modo mea refert. Animaduertant tamen qui talibus ſtudiis operam dandam cenſent,quid ſibi fructus ac emolumenti tandem ſint inde hauſuri,quid etiam allaturi rei Chriſtianę (cui adiumento eſſe debent)commoditatis. Animaduertant deinde non ita curandum eſſe línguarum ſtudium vt ſciẽtiæ digniores vtilioresque prętermittantur. Etenim in ipſo iuuentutis flore,ſi modo aſſit facultas,paranda ſunt adminicula quibus aliquam ex altioribus diſciplinis hoc eſt theologiam,vel iuris ſcientiam, vel medicinam aſſequi poſſis vt & vitæ neceſſariis conſulas & ſaluti. Si enim vituperari ſolent,nec iniuria,qui in poetis,oratoribus, ſophiſmatibus,aliisque id genus bonam vitæ partem conſumunt,& ſolidis diſciplinis ad vitam decenter agendam,conducentibus vel nunquã, vel ſero nimium dant operam,quid ſentiendum de his qui diſcendis línguis peregrinis nihil vel ſibi vel aliis profuturis conſeneſcũt. Hęc animaduertant oportet qui talibus ſtudiis afficiuntur. Denique animaduertant omnes qui iam ſunt aſſecuti aliquam ex altioribus ſolidioribusque diſciplinis,non ſibi licere in peregrinarum línguarum ſtudio verſari in ſuam & aliorum perniciem.

Audio enim quoſdam theologos rerum nouarum deſiderio allectos huiuſcemodi ſtudiis,nihil profuturis oblectari. Nonne ſatius eſſet bibliam ipſam,quam forte necdum perlegerunt,& probatos vetuſtosque doctores quos forte nondum attigerunt,euoluere.prædicationi populari incumbere, erroribus ſubortis obluctari,& denique theologicæ profeſſioni reſpondere? Audio quoque iuriſconſultos aliarumque diſciplinarum profeſſores huiuſcemodi vanitatibus occupari,& ea quæ ſui ſunt officii ac ſtatus negligere. Rogo & hos nonne præſtiterit ſuæ facultatis textus perplexos (quorum tertiã partẽ vix aliqui legerũt)& ſuos quoq; doctores(qui& pene innumeri ſunt,& ſupramodũ confuſi,vix ab eis deguſtatos euoluere,q̃ in línguis ediſcendis operam perdere & impenſas. Heu prohdolor proceſſus indies augentur, lites redduntur immortales, cauſæ

pauperum viduarum, nunquam aut parum excutiuntur, negliguntur eccleſiarum negotia,nulla propemodum iuſtitię fit expeditio, & iuuat in peregrinis línguis ediſcendis nihil profuturis dies noctesque abſumere? O negotium perambulans in tenebris,& abſcondita vaferrimi dęmonis aſtutia. Enimuero qui miſſa faciũt neceſſaria negotia,quibus incumbere tenentur,& ſtudiis, vel inutilibus,uel non ita neceſſariis dant operam dubio procul,& curioſitatis & vanitatis ineptæ ſunt arguendi. Quos idcirco monendos cenſeo, vt reſipiſcant,quod tentatio huiuſcemodi mirum in modum ſit,& callida & periculoſa,vtpote quam niſi lynceos, aut Argi oculos habueris,immo ſi his prædítus ſpirituales non habueris, nunquam agnoſcere poſſis. ¶ Sed aliquis bilinguis,vel forte triliguis obiiciet, Ieronymum,Ambroſium,Auguſtinum,alioſque patres(quorum nõnulli trilingues fuerunt,alii vero græce,latineque ſciuerunt. Obiici et & titulum dominicę crucis,qui hebraice,græce, & latine ſcriptus crucí affixus eſt,& dicet,cur non licebit huiuſmodi línguas diſcere, quę tantopere celebratę ſunt,& iamprídem invſu habitę? Audi qui iſta obiicis mihi, nec reprobari,nec damnari per ſe línguarum peritiam,ſed quantum ad ſacrã pertinet ſcripturam me ſentire nihil nũc opus eſſe. Patres vetuſti fateor línguas ipſas,prętertim græcam ediſcendã putarunt,quod eo tempore neceſſaria eſſet eius cognitio pro ſacris literis intelligendis. Tanta ſiquidem tunc temporis erat latinorum codicum diſſonantia,vt multis in locis pene certi nihil haberetur. Itaque fuit tunc recurrendum ad eas línguas,vnde tralationes latinę profectæ fuerant. At vero nihil nũc opus eſt,quemadmodum iam ſatis,ac ſatis probauimus. ¶ Quod ſi quiſquam tam feriatus ſit,vt ſine ſuo,ac reipublicę detrimento & poſſit & velit huiuſcemodi negotio operam dare,nihil prohibeť,modo rationabilis cauſa ſuggerat,& ocio non abutatur,nec literis. Non enim eſt diſcenda hebraica língua,vt talimuth,cabale,aliaque Iudęorum deliramenta vertãtur in latinum. Nec græcanica quoque língua diſcenda eſt, vt ſomnia Luciani,cęteręque fabulę ac mendacia græcorum latinis auribus ingerantur. Talibus enim nugis iam ſatis ſuperque reſperſa eſt língua latina. Denique non ſunt ipſę línguę diſcẽdæ,vt authores vetuſti communi omnium conſenſu probati carpantur,explaudantur,aut certe dubii ſiue ſuſpecti reddantur, ſed vt boni authores traducantur fideliter. Multi enim apud gręcos eſſe feruntur,qui tralationem latinam necdum meruerũt. Qui ſecus efficit,officio abutitur,& literis,& rei quoq; publicę iniurius eſt. Sed iã ſatis iſtius ſcioli ratiunculis reſponſum eſt. Peragendum itaque ad aliud.

¶Capite decimooctauo probatur luculenter non esse faciendã nouam Bibliæ tralationem, nec ad cultum, seu proprietatem latini sermonis bibliam esse restituendam pro amãtibus latini sermonis, sed omnes communi tralatione contentos esse debere.



Estat probare ad confutandam vberius quorundam neothericorum insaniam nullam sacrę scripturæ tralationem deinceps faciendam esse. Enimuero cum latina traductio sit fidelis, sit vera, sit probata, sit autentica, sit demum sufficiens quemadmodum iam satis ostensum est, non est nunc alia interpretatiõe opus. Qui aliter sentit, plane hæreticatur. Sed & qui hominẽ huiuscemodi hęreticari non putat, prorsus deluditur. Ergo cum latina tralatio plene satis sit, ea, quę de nouo fieret, superuacanea foret. Non est igitur alia faciunda. ¶Deinde si alia efficeretur, penitus esset inutilis, vtpote quæ nihil xpianismo cõducere posset. Nõ em certa ei fides tribueretur, cũ nihil sit tanquam diuinum, atq; antenticum a christianis acceptandũ nisi quod per ecclesiam receptũ est. Cum igitur & suspecta & apocrisa, nec inuiria haberetur, nulli profecto rei conducibilis esset. ¶Porro nihil moliendum est quod periculosissimum sit, & in perniciẽ rei xpianę vergere facile queat. Atqui si fieret noua tralatio, & periculosissima foret, & grauẽ inferret christianismo perniciem. Enimuero christiana religio propterea turpi nota inureretur, vtpote quæ tot varietates in illa scriptura haberet, quę suæ fidei basis est. Itidem fides redderetur fluctuans, sacrarumque literarum authoritas vacillaret, dareturq; facilis occasio de sacrę scripturę veritate ad dubitandi. Similiter contentiones, & scismata suscitarentur, quem admodum experientia ipsa, prothdolor iam nimis edocuit. Alius enim trita vestigia sectari mallet, Alius vero noua. Sunt enim qui nouis rebus supramodum oblectantur. Identidem prędicatores plębem christianam passim turbarent. Etenim qua est temeritate genus humanum, leues concionatores hauddubie citarent aliter quã habeatur in biblia assueta, graues vero piique prædicatores biblię cõmunis vestigia potius sectarentur, putasne huiusmodi dissidium non esse turbam catholicę turbę frequentissime allaturum? Si non ita putas, hallucinaris. Nam & peruersa dogmata suos habent defensores, a quibus pertinacius interdum deffenduntur, quã a piis hominibus veritas. Vidimus enim aliquando homines ineptissimos peruersa Luteri dogmata ita acriter defendentes, vt ex eis vnus (dictu nimirum) diceret. Si Luter errauit, Paulus errauit, nihil (inquit)

aliud dicit Luter quam quod in Paulo habetur. Si igitur tam apertæ hæreses inueniant patronos, ac defensores, quid futurum putamus de tralationibus si fierent, presertim cũ pietatis vel apparentię quicquam apud indoctos, impiosque homines prę se ferant? Enimuero non solum seditiones ac scismata in republica consurgerẽt, sed etiã suscitarentur hęreses vix expugnabiles. Assentirent enim multi tralationibus recentioribus, & pertinaciter cõtra bibliam communem tuerentur quæ in eis legerent. Vides igitur quãta pericula quãtaque discrimia paritura foret nouarum tralationum superfluitas. ¶Præterea si tam libere permitteretur tralationum faciundarum licentia, qua facilitate, vel potius fatuitate fieret vna, eadem & altera fieret, & tertia, & quarta, & ita deinceps. Sic igitur in immensum abiret progressus, ac proinde nullus modus, nullusque finis adesset. Itaque non solum in eam calamitatem, quæ propter tralationũ varietatem ecclesiam latinam Ieronymi tempore vexabat, sed etiam in miseriam longe grauiorem recideremus. Quod si dixeris modũ fore imponendum, obsecro te quis modum ipsum imponeret? Ad quem numerum protenderentur huiusmodi tralationes: haberent ne omnes eãdam authoritatem? Quod si vnam ex eis deligendam fore putes, dic quis fideliter ac indubie asseuerare posset eã vt veram autenticamque præ cæteris esse acceptandã. Vides (opinor) si huiusmodi licentia locum haberet, confusionem in republica vitari non posse. ¶Insuper nulla est facienda tralatio scripturæ diuinę, nisi ab eo, qui plane idoneus sit ac sufficiens ad id muneris obeundum. At vero nullus dari potest huiusmodi. Siquidem ad scripturã sacram decenter ac diuinitus transferendam exigit, imprimis multa vitę sanctimonia. Non enim prophanis moribus conuenit hoc munus. Exigitur & magna admodum eruditio. Etenim linguarum non satis est habere peritiam, sed etiam opus sensum ac spiritũ scripturæ ipsius compertum habere non vulgariter. Exigitur & intẽtionis syncerita s. Qui enim vel inanis gloriæ auiditate, vel carpendi libidine, vel alia corrupta intentione concitatur, ad id muneris nequaquam idoneus est. Exigitur quoque pia necessariaq; causa. Non enim citra necessitatem ad negotium huiusmodi accedendum est. Siquidem non solent ope diuina iuuari, qui superfluo negotio incũbunt. Atqui maxime opus est diuino auxilio in trãsferenda diuina scriptura. Deniq; exigitur cœlestis gratia, & ea quidẽ peculiaris quę & deligat & dirigat ipsum interpretem. Non enim debet accedere nisi diuinitus & selectus & adiutus. Alioqui non spiritu diuino diuinam tralationem, sed humano spiritu prophanum opus efficeret. Eodem enim spiritu debet (Ieronymo teste) interpretari scriptura

quo primum diuinitus hominibus reuelata est. At quis obsecro nūc est, vel etiam futurus speratur, cui hæc omnia cōuenire possint, quę in sacro Ieronymo inuenta sunt? Enimuero si dederis quempiā apprime & doctū & sanctum, non tamen continuo dicere possis eum tanto negotio aptum esse. Quandoquidē non satis exploratum tibi est an diuinitus sit ad hoc negocii delectus. Adde cum nulla necessitas ad nouam interpretationem faciendam nunc impellat, cū sufficiens habeatur tralatio, profecto non potest diuino spiritu recēs tralatio effici. Non enim spiritus ille peculiariter iuuat dirigitq; hominem negotio superfluo, siue non necessario incumbentem. Non inquam specialiter iuuat, nisi quem specialiter delegerit. Sed obsecro tralationem diuinæ scripturæ facere non diuinam, quid prodesset? quid vel certitudinis, vel authoritatis haberet? nihil sane.

¶ Ad hæc non potest dari modus aptus quo nunc fieri queat recēs sacrę scripturę tralatio. Etenim si quis nouam molirī vellet, recurrē dū esset ad eas linguas, quibus scriptura diuina primitus scripta est, hoc est ad hebraicā pro veteri testamēto, & ad græcam pro nouo. At hoc facere nunc velle prorsus ineptum est. Siquidem hebraica, græcaque volumina nec ita certa, nec ita fidelia sunt, vt biblia latina, quemadmodum satis in superioribus probatū est. Quare potius nunc opus esset volumina illa per latina emendari, quam ediuerso. Et si hoc fieret, non esset ordo prępostерus, nec currus, iuxta græcorum prouerbium, bouem ageret, cū sacræ scripturæ veritas non pēdeat a iudaicis vel grecanicis voluminibus, sed ab authoritate diuina, cuius munere biblia latina diuinā veritatē haud dubie completitur. Et quanquam olim fides scripturæ sacræ ex ipsis libris peregrinis esset petenda, quo tempore veri erant, latini vero deprauati, secus tamen postquam latini decenter emēdati fuere. Etenim post emendationem eorum hactenus veritas perseuerauit, quæ in aliis ita confusa est, vt nihil satis certi in eis deprehendi queat. Neque vero putauerim aliquem tam insanum esse qui asserere audeat græcanicos codices varios ac dissentientes non esse. Quapropter nulla sane ratione fieri potest sacræ scripturæ noua tralatio per recursum ad peregrinas linguas. ¶ Quid plura? nihil faciendum est, quod nihil sit allaturum vtilitatis. Atqui si fieret tralatio noua, nihil commoditatis afferret. Non enim conducibilis esset ad hæreses improbandas, quandoquidem prima fronte refelleretur velut nullius authoritatis. Et pari quoque ratione non conduceret ad fidem asserēdam. Identidem non esset vtilis ad erudiendum populum christianum, vtpote quem potius conturbaret, quam ędificaret. Nec demū quicquam prodesset ad collendum deum. Non enim admitteretur

sicut nec admitti digna esset, in vsu ecclesiarum. Stultus enim esset, qui propterea censeret mutandam esse lectionem ecclesiasticam.

¶ Dicent forte aduersarii nouas tralationes conducere posse ad intellectum sacrę scripturæ, quandoquidem authore Augustino varietas lectionis magnopere conducit ad intelligentiam scripturæ diuinę. Respondetur sicut iam responsum est, mutata esse tempora, & post explanatiōes dilucidas ipsius scripturę, nihil opus esse propter ea noua tralatione. Adde quod magis officeret hoc tempore noua interpretatio, quam prodesset, nam vacillans efficeretur propterea scripturę sacræ authoritas. Hoc enim modo daretur intelligi aliter esse in codicibus græcis, quam habeatur in latinis. Et quid necesse est pro scripturę intelligentia, quę aliūde satis affatim haberi potest, scire quid habeatur in græcanicis voluminibus qui corrupti sunt & deprauati? Sed & quis tam hæbes est, vt putet aliquādo innouandā esse lectionem ecclesiasticam, quæ certa & autentica est, propter codices græcos, qui variant ac mutuo dissident, & propterea incerti suspectiq; sunt? Enīuero qui propterea vellet nouam tralationem efficere plusquam insanus esset. ¶ Deniq; nulla iusta causa potest quēpiam mouere ad nouam tralationem faciendam. Si enim quicquā moueret, hoc potissimum foret communis tralationis indecentia, quia scilicet non satis decenter esset effecta. At motiuū huiuscemodi prorsus ineptum est. Aut enim putas tralationem latinam non satis decenter effectam esse propter sentētias siue sensus ipsos, aut propter stillum ac verba. Si primum asseueras, hæreticum te prodis. Quandoquidem nullus in sensibus error, nullusque defectus ibi potest inueniri, sed prorsus in omnibus vera est ipsa communis tralatio, quæ & precipuū sensum ab ipo authore, hoc est spū sancto intētum plenissime complectitur, quemadmodum ex superioribus liquet. Aliter enim astruere, insanire est. Et dubioprocul qui sacris ipsis literis sensum aliquem vel addere vel demere vel etiam immutare vellet, is non modo ridiculus, sed insanus omnino esset putandus, cui & merito non rationibus tantum, sed omnibus quoque modis obsistendum esset. Non est igitur propter sensus ipsos facienda tralatio noua. Sed nec quidem propter stillum seu verba. Quandoquidem stillus scripturę diuinæ mutandus non est, habet enim scriptura sacra propriū ydioma, quo a cæteris scripturis distat.

Adde quod pompa seu cultus verborum sacris literis minime conuenit, quemadmodum asserunt doctores omnes tam vetusti quam recentiores. ¶ At dicunt quidam de grege latinisatorum tullianā, seu exactam elegantiam non esse scripturæ diuinę adhibēdam, verum ad sacræ scripturæ propagationem simul & commendationē

pertinere,vt ſermone ſimplici quidem,ſed tamen puro caſtoq; tradatur. Itaque pro ſententia eorum faciẽda eſt noua tralatio, vt ſacrę literæ ad puritatem ſeu mundiciem ac proprietatem linguæ latinę reuocentur decenterque reſtituãtur,& hoc quidem potiſſimum, vt viri literati libentius in cubiculis ac priuatim ſacras literas legant. O mira dæmonis callidĭtas,qui vult per iſtos nimium amantes latini ſermonis,ac plus curantes folia verborum quam fructus ſententiarum,rem chriſtianam turbare,ſacris literis calumniam facere, lectionem eccleſiaſticam infamare,& demum cõtentiones,ſciſmata ac diſſentiones perpetuas excitare. Ergo vt tãtę aſtucię,& temerĭtati quoque eorum,qui ſuaſione eius nouam editionem vafre admodum introducere nituntur,& conſequenter vulgatam explodere pro viribus obſiſtatur probare nobis impręſentiarum certum eſt, imprimis non eſſe curanda ſacris in literis ſigna,quantum certe ad puritatem ſermonis pertinet,ſed huiuſmodi mundiciẽ ſiue proprietatem eſſe negligendam. Deinde nec faciendam eſſe pro doctis viris latinam editionem,quę non in templis,ſed in cubiculis legatur. ſed omnes tam doctos,quam indoctos communi tralatione contẽtos eſſe debere. ¶Primum igitur aggrediẽtes afferamus imprimis ſacrorum doctorum authoritates,quę id aperte monſtrant.

Etenim Paulus doctor gentium eximius,verba ſaltem propria ſiue culta ſacris in literis curanda non eſſe,ſatis oſtendit, cum ait,primæ ad corinthios ſecundo. Sermo meus & prędicatio mea non in perſuabilĭbus humanæ ſapientię verbis. Et quarto capite eiuſdẽ. Non enim in ſermone eſt regnum dei,ſed in virtute. Et ſecũdę ad eoſdẽ corinthios capite vndecimo,de ſe hũc in modum ait. Nam & ſi imperitus ſermone,ſed non ſcientia. His enim omnibus ſatis oſtendĭtur ſacris in libris nõ eſſe curandam venuſtatem,vel proprietatem ſermonis. Et ne forte peruerſa intellĭgentia tergiuerſari velis,audi Ieronymum tertio libro in epiſtolam ad Galatas de Paulo ipſo ita loquentem. Hebræus igitur ex hebręis & qui eſſet in vernaculo ſermone doctiſſimus,profundos ſenſus aliena lingua exprimere nõvalebat,nec curabat magnopere de verbis,cũ ſenſum haberet in tuto. ¶Sed alios doctores ſubnectamus. Sanctus quoque Ambroſius ſupra Lucam luculenter teſtatur verba ſacris in literis negligenda eſſe,cum de natiuitate ſaluatoris agens hunc in modum ait. Agnouit enim bos poſſeſſorem ſuum & aſina pręſepe domini ſui, immo pręſepium dixerim,ſicut ſcripſit qui tranſtulit. nihil enim apud me diſtat in verbo,quod non diſtat in ſenſu. Nam ſi orator illorum,qui phaleras ſermonũ ſequuntur,negat in hoc fortunas poſitas eſſe gratiæ hoc an illo verbo vſus ſit,ſed rem reſpectandã putat. Si ipſi philoſophi eorũ qui totos dies in diſputatione cõſumunt minus latinis eo receptis vſi ſermõibus ſunt,vt propriis vterẽtur,quãtomagis nos negligere verba debeamus,ſpectare myſteria quibus vincit ſermonis vtilitas,quod operũ miracula diuinorũ nullis venuſtata ſermonibus veritatis ſuę lumẽ refulſerũt Ex his eñ verbis Ambroſianis liq̃t aperte ſacris in literis ſigna negligenda eſſe,quod intelligẽdum eſt quantũ ad cultũ ſiue puritatẽ ſermonis ſpectat. ¶His conſentiens Ieronymus in epiſtola ad Paulinũ admonet in ipſa ſcriptura ſacra ſimplicitatẽ & quaſi vilitatẽ verborũ nõ eſſe contẽnendã,& propterea cultũ ſiue proprietatẽ nõ ita eſſe curandã,cũ ait. Nolo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate,& quaſi vilitate verborũ, quæ vel vicio interpretũ,vel de induſtria ita prolata ſunt,vt ruſticã concionẽ facilius inſtruerent. Et in vna eadẽq; ſentẽtia aliter doctus,aliter audiret idoctus. Ipe quoq; Iero. refert ſe ad tribunal iudicis grauiter vapulaſſe,quod ſacras literas propter horrorẽ inculti ſermonis libẽter non legeret. Si igitur certa cauſa incultus rudiſq; ſtilus ſit ſacris in literis obſeruatus, ſi reꝑhẽſus eſt Ieronymus,qui cultũ in eis deſiderabat,qua ratione venuſtatẽ ſiue mũdiciẽ ſermonis in eis quæremus? ¶Prędictis doctoribus diuus Auguſtinus doctor & ipſe eximius aſſẽtiens innuit ſecundo lib. de doct. chriſt. verba nõ eſſe curanda cũ inquit. Vtrũ eñ inter hoĩes,an inter hoĩbus dicatur, ad rerũ nõ pertinet cognitorẽ. Et lib. iii. idem ait. Vnde plerũq; loquendi conſuetudo vulgaris vtilior eſt ſignificandis rebus q̃ integritas literata. Mallem quippe cũ barbariſmo dici nõ eſt abſcondĭtũ a te offſummeũ, q̃ vt ideo eſſet minus apertũ,quia eſt magis latinũ. Ecce quẽadmodũ Auguſtinus ſatis inſinuat nõ eſſe curanda ſigna quantũ ad proprietatem ſermonis ſpectat,ſed deferẽdũ eſſe cõſuetudini vulgi. ¶At hic dicit quidã Auguſtini dicta eſſe vera qñ ambiguũ aliquid eſt & vulgo fit ſermo. Eaq; de re ad vitandã ambiguitatẽ magis olim tolerari poterant euangelici ſermonis incõmoda,quod adhuc vulgus latine loqueretur,tametſi corrupte,& notos ſolœciſmos tñ vulgus magis intellĭgebat. O pulchra ſcilicet reſponſio & theologulo digna. Quãdo precor vulgus Africanũ locutũ eſt latine? qñ gallicũ? qñ hiſpanicũ, qñ germanicũ? vt interi de Italis taceã. Quõ precor periit ille loquẽdi modus q̃uis corruptus,& introductus eſt ille quo vulgus nũc vtit̃. Hęc eñ tã aperte falſa ſunt vt videat̃ ipudentiſſimus,qui talia ꝓdere auſit. Sed fingamus vulgus tũ fuiſſe latine locutũ, quęrimus nonne eodem iure nunc etiam licebit proprietatem ſermonis negligere. Si tum hoc licebat,vt vulgi conſuetudini deferretur? Nõne & hoc tempore id etiã licitum erit? quod vtilior ſit intelligẽtię ſacrarũ literarũ aſſuetus loquẽdi modus, q̃ in latina tralatiõe habeat̃. Etenim ſi proprietatẽ ſermonis volueris obſeruare,maior pars cleri

corum nō intelliget. Ergo cum pro Augustini sententia seruāda sit consuetudo, vtpote vtilior significandis rebus, quam integritas literata, profecto conficitur tralationē latinā ab omnibus acceptandā esse, vtpote quę longissima consuetudine & vsu tā doctorū, quā indoctorum probata sit, esto mundicies latini sermonis aliquoties in ea non inueniatur. ¶ Denique præfatis ecclesiæ columnis astipulatus magnus Gregorius in epistola seu præfatione libri Iob, testatur aperte non esse quęrendam, immo nec recipiendā quidē, sacris in literis ac explanationibus earū proprietatē puritatemq; latini sermonis. Sic enim ait. Quęso autem vt huius operis dicta percurrens in his verborū folia non requiras, quia per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infructuosæ loquacitatis leuitas studiose cōpescitur, dū in templo dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti proculdubio scimus quia quoties in foliis male lætę segetis culmi proficiunt minori plenitudine spicarum grana turgescunt. Et subdit. Non noctacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem deuito, situs motusq; propositionum etiam casusq; seruare contemno, quia indignū vehementer existimo, vt verba cœlestis oraculi restringuā sub regulis donati. Neque em̄ hæc ab vllis interpretibus in scripturę sacræ authoritate seruata sūt. Ex quo nimirū quia nostra expositio oritur dignū profecto est, vt quasi edita soboles speciē suę matris imitetur. hęc Gregorius. Ex cuius verbis vides folia verborum nō esse requireēda, nec barbarismos aut solœcismos sacris in literis esse vitādos, quod & quadrifariā, hoc est authoritate scripturę apta similitudine, ratione & exēplo prefatis in verbis ostendit, si diligenter aduertas, ¶ Hæc aūt quāuis affatim satis esse debeāt ad probandā latinæ linguę proprietatē sacris in literis nō esse curandā, nihilo secius rationū aliquid addere iuuat. Etem̄ imprimis nihil est sacris literis vel quærendū, vel adhibendū, quod earū authori pręcipuo scilicet spūi sctō iniuriā inferat, aut certe eius ordinationi reluctetur. At qui proprietas seu mūdicies latini sermonis est eius generis, vtpote quā spūs ip se simplicitatis ac humilitatis amator noluerit in sua scriptura obseruari, sed potius cōtra voluerit reiici. Sed cur ita? Nēpe imprimis vt innueret se velle per ea quę simplicia sunt, & apud mortales abiecta genus humanū saluare. Itaq; sicut humiles ꝓphetas simplicesque apostolos, euangelistas ac prędicatores abiectos delegit, qui nō in sublimitate sermonis diuinā legē promulgarēt, sic & ipsā legē scribi voluit humili stilo simplicique scriptura, quæ nec fucū nec mundiciem vllā fere sermonis haberet, ne scilicet putaremus ea quæ apud mortales glorioſa sunt, & sublimia, superis quoque grata esse, sed ea, quæ humilia sunt, & abiecta apud homines, potius affectanda.

Deinde simplicitatem sermonis in ipsis literis sacris obseruandā cē fuit author eorū, vt eloquentię humanę cultuique sermonis salus mūdi nō ascriberetur, sed diuinę pietati miraculoq; diuino, quod in hoc mirū in modū enituit quod literis incultis ac vili propemodū stilo cōfectis (si certe ad elegantiā seculare cōferantur) totus mūdus fidē tribuit. Lōge em̄ maius fuit per simplices literas hoc efficere, quā si nitido cultoq; stilo fuissent effectę. ¶ Porro vulgarē stilū voluit obseruari vt nō solū viris probe latinis, sed etiā vulgo clericorū, qui passim parū latine sciunt, diuina scriptura conduceret. Nonne deus simplicitū parūq; latinoꝝ, quorū maxima messis est, sicut & retorculorum ac latinissatorū saluti per sacras literas cōsulere voluit sane vt sacra scriptura cōmunis fons esset, in quo pariter biberent barbarus & latinus. Deniq; non voluit puritatē siue proprietatē verborū obseruari, ne putaremus pruritū auriū inanēq; oblectationē ex foliis verboꝝ esse hauriendā, sed nobis ꝑsuaderemus subvili cortice literę spiritualē intelligentiā suauēque mentis delectationē potius quęri debere. Quibus animaduersis liquet aperte eū qui voluerit cultū siue mūdiciem ac proprietatē sermonis, sacris in literis obseruare sancti spiritus intentioni ac voluntati prorsus reluctari. ¶ Sed alterā affera mus rationē ex ipsamet scriptura deprōptā. Em̄uero qui puritatem seu cultū verborū ait esse obseruandū in scriptura diuina, graue ei facit iniuriā, vtpote qui eius sententiis aduersetur. Etem̄ scriptura ipsa Deuteronomii capite. xvi. interdicit ne plantemus lucū & oēm arborem iuxta altare domini dei. At vero pro sententia Gregorii & Isidori, cōtra facit qui in diuina scriptura (quę altare dei est) inserere gestit frōdentes verborū arbores, quæ scilicet inania verborū folia dū taxat ferunt, quibus delectationē quādam pariunt, sed fructū nullū afferunt pietati. Et quid obsecro puritati morum ac fidei veritati cō fert cultus ornatusque verborum? Itidem qui mutare nititur verba sacrę scripturę, is profecto iniurius est, vtpote qui eius phrasim ydiomaq; proprium mutādum censet. Nōne iniuriā faceret Tullio, qui eius stilum immutare vellet? At vero scciptura diuina suo stilo tam contenta est, quam suo Marcus Tullius Cicero. Adde quod præstantiorem habet elegantiam quam ea, quæ exterior & secularis est. Namque interna pulchritudine contenta flocifacit eam, quæ externa & adulterina dicitur. Denique hoc est maiestatem scripturæ nimium deprimere, eamque regulis grammatices nimium subiicere. Quod indignum esse sacri doctores asserunt.

¶ Sed iā altera depromatur ratio huiusmodi. Qui cōtēdit puritatē proprietatēque sermonis sacris in literis esse obseruandā, & ecclesię latinæ & patribus quoque vetustis contumeliam facit, vtpote quos

ex oblíquo taxet. Etenim cum diuinam legẽ,vt decenter ſcriptã ac ceptarint, probarit, & ea quoq; tũ publice tũ priuatim vſi ſint argu endi erunt quod tanto tempore vſi ſint ſcriptura non ita latine, nec ita appoſite facta,vt decebat. Sed quis hoc dicat,niſi demens?

¶Porro velle puritatẽ ſermonis ſacrę ſcripturæ adhibere eſt velle detrimentũ reí chriſtíanę inferre. Quãdoquidẽ pauci ſunt docti la tíni comparatione cęterorũ,quí bíbliam ípſam intellígere poſſent, ſi ad puritatẽ latínę línguę reſtituta eſſet. Et reuera inter clericos ac religioſos pauciſſimi ſũt,quí eã vel intelligere poſſẽt,vel legere vel lẽt, qppe quí potíus veritatẽ & res ípſas q̃ verba cõſideranda putãt. ¶Sed & ſi de ſtílo ſuo ín alíũverteretur cõſequenter mutãda eſſent ſcrípta oĩm pene doctorũ,aut certe locís innumeris emendanda,vt pote quæ referta ſunt teſtímoníis,vt in cõmuni bíblia ponuntur. Sí enim mutaretur bibliæ phraſis, & ea quæ a doctoribus citantur in ſuo ſtatu perſeuerarent,maxima eſſet diſſonantia inter ſcripturam ípſam & ſuas explanationes,quod abſurdiſſimum eſſet. Igítur ſí ad mittatur ín ſcriptura expoſita mutatío,conſequẽter & in expoſitio nibus eius erit admittenda. At quis hoc díxerit faciundum? Quís hanc intolerandam mutationem tolerare poſſit? ¶Denique dice re mundíciem latíní ſermonís ſacrís in líteris obſeruari debere, vel certe ſtílum eius in alium decenter mutarí poſſe,eſt tum authorita tí,tum rationí refragarí. Nulla enim authoritas hoc dícit,ſed potíus contra,quemadmodum ſatís probatum eſt. Nulla quoq; ratione hoc ípſum confící põt,cum ediuerſo ſit multíplící eaq; ſufficienti ratiõe oſtenſum ſcripturã ípſam nõ eſſe reſtituendã ad mundíciẽ elegan tíamq; ſermonís latíní,ſed in ſuo tenore dimittendã. Dícat obſecro latiníſator cur tralatío latína erit ad elegantiã ſermonís latíní reſtí tuenda,cũ ſacra ípſa ſcriptura elegãter primũ ſcrípta nõ ſit in ea lín gua,vnde latína interpretatío deſumpta eſt? Nonne ſatís eſt riuo ſí ita mundus ſit vt fons a quo profluit. Et certe eadem ratione & inſa nía bíblía tum hebraíca tũ greca eſſet cultíorí venuſtíoriq; ſtílo re center faciunda. Adde ſí latína editío eſſet ad mundíciẽ romani ſer mõís reſtituẽda, vel eẽt obſeruãdus ſtílus ciceroníanus,vel alíus mí nus cultus? Sí dederís primũ,rariſſimís proderit ſcriptura díuína, q̃ tamen díuínitus data eſt,vt oĩbus proſit. Nã inter latínos pauciſſí mí ſunt cõparatione alíorũ,quí Tullíũ probe capíant. Sín alterũ dí xerís,quíd te mouet percũctor? Dícis forſitan mihi eum ſtílum ob ſeruandum,quí vtílíor ſit & facílíus capí poſſit, quam ſí altíor eſſet. Et ego tíbí reſponſionem tuam abunde egregíam eſſe ad teípſum confutandum. Sí enim ſtílus ílle ſít obſeruandus, quí vtílíor eſt rei publícæ chriſtíanę,profecto ſtíllus ílle,quí oĩbus aſſuetus eſt, pla

ne obſeruandus eſt,vtpote quí ſit vtíliſſímus,nec vllus poſſít vnquã effící tã vtílís aptuſq; genti latínæ. Deníq; in hís,quę pro cõmodí tate fíunt reipublícę,debent eo tradí modo,quo melíus poſſint eí cõ ducere. At íta eſt de ſtílo bíblię,quæ in vſu eſt. Quapropter ſtultum eſt ín alíũ ſtílum eã demutare velle,præſertím cũ mutationes rẽpu blícã concernentes periculís multís ſint obnoxię,quę propterea ma xime vítandę ſunt. ¶At quoniã ſentío quoſdã velut ſerpẽtes lubrí cos elabí eradereq; velle,dícentes non eſſe faciendã nouam purãq; tralationẽ,vt in lectionẽ publícã ſubſtituatur,ſed pro víris dũtaxat latíní ſermonís amantibus, quí eã priuatim & in cubículís legant, idcírco huiuſmodí euaſioní prouidendũ eſt. Et quã q̃ ea quæ dícta ſunt,ſatís vídentur huic callídítatí obſíſtere,níhílominus tñ adden da ſunt alía pro cõfutatione maiorí. ¶Eñuero níhíl eſt faciundum peculíariter pro alíquo hoĩm genere, quod ſit contra ſpíritumſancti voluntatẽ,quod ſacrís líterís ac íntelligentíæ earũ aduerſarí poſſit, quod ſanctís patríbus ſít iníurium,quod eccleſíaſtíco offício nocere queat,quod ſuperbię ac deſpectionís tríbuere plerunq; poſſít incẽſí tiuũ,quod cõtentiones,ſcandala,ac ſcíſmata ſuſcitaturũ ſít, quod & caſſum eſſet ſí fieret,quod animarũ quoq; offíceret ſalutí,quod de mũ non poſſít níſí a malígno ſpíritu proficíſci. At vero ſí noua fie ret tralatío mũdo puroq; ſermone, hoc eſt ſeruata línguę latínę pro prietate ac puritate pro víris latíní ſermonís amantibus, vt ſcilicet ab eís priuatí legí poſſet,hauddubie prefata ſequerentur incõmoda. ¶Imprímís ſpũſſancti reluctaretur intentioní,quí vult bíbliã flu uíí eſſe cõmunẽ in quo iuxta verbũ Gregorii,& elephas natet & a gnus ãbulet,vult inquã eã ſímplící rudíq; ſtílo eſſe,vt oĩbus cõueni re poſſít,quę pro oĩm ſalute ſupíus tradita eſt,quẽadmodũ ſuperíus díxímus. ¶Deínde aduerſaretur ſacrís líterís ac íntelligentię earũ vtpote quę puritatẽ latíní ſermonís nõ affectant,ſed ſuo ſtílo cõten tę ſunt. Itídẽ nõ curaretur de ínterno earũ ſpũ ſíue ſenſu,quí frequẽ ter vix hauríri poteſt, & tamen maxíme curandus eſt,ſed duntaxat ſuauitas verborũ,gratiaq; ſuperfícies attenderetur. ¶Porro ſanctís patríbus,preſertím Ieronymo eſſet íníuría,vtpote quæ fieret in eius contumelíam,propterea enim vulgata editío non ſatís decenter ef fecta putaretur,cum tamẽ Ieronymus ípſe pro omnibus ſuís latínís, hoc eſt doctís & índoctís eam ſe feciſſe in eaq; ſe deſudaſſe profitea tur. ¶Inſuper publicę lectioní,eccleſíaſtícoque offícío noceret. Sí quídẽ per huiuſmodí nouã temeritatẽ infamareẽ lectio eccleſíaſtí ca velut vícioſa barbarieq; plena. Idẽtidem vaniſſímí homines,quí ſupra modũverborũ phaleras affectãt,ea quę in díuíno offício de bi blía cõí deſumpta ſunt,facile ímutarẽt & noua tralatione vterẽtur.

¶ Ad hæc illi ipſi qui plus ęquo ſunt amantes culti ſermonis, propterea intumeſcerent,& cęteros pręſertim eccleſiaſticos paſſim despicerent,vt barbaros barbaraque ſeu vicioſa ſcriptura vtentes.

¶ Poſtmodum contentiones ac ſciſmata dubio procul excitarẽtur grauiſſima. Nam latiniſatores ipſi ſuam bibliam cultã ac purã vbique citarent celebrarentq; iugiter,eãq; cõmuni pręferrent tralationi,immo & cõmunẽ vicioſam inclamarent. Quibus temeritatibus cũ graues doctiq; homines viriliter obuiã irent,haud dubiũ quin rixę, tumultus,diſceptationes,ac tragediæ concitarentur innumerę.

¶ Sed & ſi res huiuſmodi inſolens attentaretur, profecto nihil cõmoditatis afferret, Cum ſigna ſacris in literis minime curanda ſint quantũ certe ad cultũ ſiue proprietatẽ latini ſermonis ſpectat, vt interim non dicam ea nullo modo curanda eſſe. Qui ſecus facere nititur,curioſitatis arguendus eſt,immo temeritatis,vtpote qui audeat ſacris abuti literis,quæ datæ ſunt pro puritate morum aſſequenda, obſeruandaque,non autem pro diſcendo ſermone pure latino. Sed & cum docti viri a mille annis fuerint contenti tralatione communi,cur obſecro huius temporis ſcioli contenti non erunt?

¶ Sed dicit aliquis,volo lectionem apoſtolicam reſtituere ad mundiciem linguæ latinæ,ne quid ſit ibi,quod offendat amantes ſermonis pure latini. ¶ At potius timere debes offendere ſacras ſcripturas ſacroſque doctores,quibus hoc pacto grauem inferres contumeliã, quam vaniſſimos homines,qui non fructus ſententiarum,ſed folia tantum verborum affectant. Sed quid, ſi homines huius ſeculi tantopere curant linguæ mundiciem,nonne Ciceronem,Quintilianũ, Titum Liuium,alioſque ſeculares elegantiſſimoſque libros affatim habent, quos propterea legere poſſunt. Cur igitur affectant ſacris in literis mundiciem ſermonis latini,nihil eſt profecto cauſę.

¶ Quid plura? Noua huiuſmodi temeritas animarum officeret ſaluti. Quandoquidem non ſpiritus literę,ſed duntaxat eius caro quæretur. Cultus enim verborum ſua plus alliceret ſuauitate ad conſiderationem ſui,quã amorvere latentiſq; intellígentiæ. Quod ſi cõtingeret,contingeret enim plęrunq; multa ex hoc ſequerentur incommoda ſpiritualia. Nam authore Ieronymo libro tertio in epiſtolã ad Galatas. Multorũ malorũ occaſio eſt,ſi quis in ſcripturę carne p maneat,quæ qui fecerint regnum dei non conſequentur. ¶ Et reuera non põt hic nouus auſus niſi a malígno ſpiritu proficiſci. Non eñ a diuino ſpũ proficiſci põt quod tantorũ malorum cauſa foret,ſi fieret. Hoc igitur diuino ſpiritui tribuere eſt blaſphemiã ſpũi ſancto inferre. Sed & ſi alia multa diuerſarũ ſectarũ inuuẽta a ſpũ tartareo exſuiſſe credũtur,vt rempublicam turbaret fraternam ſauciaret

charitatem,& ſciſmata odiaque excitaret,cuiuſmodi eſt illa inſana diuiſio viridium & rubeorum in academia Pariſienſi,itidem & illa pluſquam ſtulta guelphorum & gebellinorum in Italia. Nonne & hæc inſania longe periculoſior ac pernicioſior a vaferrimo hoſte prodiret ſi fieret? Enimuero qui ſubtiles dæmonum cuniculos,innumeraſq; aſtutias intelligunt,ingenue profitentur hanc inſolentiam non niſi a vaferrimo peſſimoq; dæmone aut certe eius impulſu prodire poſſe. ¶ Denique ſi fieret noua tralatio etiam quantumuis elegans ſeu latina,nullius tamen eſſet vel authoritatis vel ſolíditatis, quod ab eccleſia probata non eſſet. Non enim ſcriptura aliqua tanquam diuina acceptanda eſt,niſi per eccleſiaſticam cenſuram diffinitum ſit eam eſſe diuinam. Proinde Auguſtinus in libro cuius titulus eſt contra epiſtolam fundamenti,Manicheos taxat quod ſcripturas ſacras pro arbitrio ſuo,non autem pro eccleſiæ ordinatione, vel acceptandas vel repudiandas cenſebant,qui & vetus teſtamentum pro maiori parte refutantes euangelio quidem credi volebant, ſed epiſtolas Pauli falſatas ſeu deprauatas dicebant. Eos igitur propter hæc & alia id genus deliramẽta confutans Auguſtinus illud in eos famoſum dixit,Euangelio non crederem niſi me eccleſię authoritas compelleret. per hoc innuens non voluntatis arbitrio,ſed canonica determinatione canonicas ſcripturas recipi debere. Euangelio(inquit)tanquam ſcripturæ diuinæ atque autentice non crederem,ſiue non crederem ipſum euangelium canonicam eſſe ſcripturam,niſi ad hoc me impelleret eccleſiæ authoritas, quæ illud intra corpus ſacri canonis habendum cenſuit,& cui ſoli authoritas tanta attributa eſt,vt diffinire indubie poſſit quæ ſcripturæ pro diuinis atque canonicis habendę ſint,cui denique fidelis quiſque ita audire debet,vt nihil acceptet tanquã diuinũ niſi quod illa dixerit,nihil quoque refutet quod ipſa probarit. Igitur ſi fieret noua tralatio nullius eſſet authoritatis, nec recipi quidem mereretur. Quapropter inutilis foret. Itaque omnibus rite luſtratis non eſt noua tralatio bibliæ pro viris latini ſermonis amantibus faciunda. Quandoquidem hoc attentare caſſum eſt temerarium,præſumptuoſum, ſcandaloſum, noxium,periculoſum,contumelioſum,& denique hęreticum,vel certe tale quod hæreſim redoleret ſi attentaretur, quẽadmodum iam ſatis probauimus. Ab omnibus igitur diligentiſſime cauendum.

¶ Capite decimonono depromuntur ſimulque diluuntur quędam rationes quæ ſuadere videntur nouam bibliæ tralationem ſane fieri poſſe.

AT vero nouarum rerum cupídi contendent, opínor, nouam bíblię tralatíonem non ínepte fíerí posse, quí bus & fauere vídentur ratiunculę nõnullæ, quas tamẽ non afferunt. Verum vt negotium plenius excutia tur, eas afferamus oportet pariterque díluamus, vt ní hil euasionís ac fugę aduersariis relinquatur. Imprimís facer Ieronymus in epístola ad Sophronium, reprobat eos quí sapore antiquo scripturarum cõtentí, nouam eíus tralatíonem admittere nolebãt. Igítur parí modo ímprobandi sunt qui censent nullam nouam traductíonem esse recípiendam. Respondemus Ieronymum iuste car psisse latínos íllos quí tralatíonem eius recípere detrectabant, cum tamen nullam haberent ex hebraíco factam. Sed & quas ex gręco habebant latínas, íta varię erant vt multís in locís nihíl certí posset deprehendí. Erant ígitur grauiter íncusandí, quíppe quí líuore ínstí gante nouam recípere nolebant, quę tamen necessaría erat. At hoc tempore longe secus est, ín quo tam sufficiens habetur ínterpreta tío, vt nulla penítus alía sít opus. Ergo quod Ieronymus suadebat dícebatque multís in locís vel vnam tralatíonem a suís latínís susci pí, probarique debere, nihíl loci hoc tempore habet. Neque sunt hu iusmodí suasíones nunc audiendę, quod cassæ sínt prorsusque ínep tę. Et reuera sí Ieronymus hoc tempore víueret, nunquam talíbus suasíonibus vteretur. ¶Sed dícis pro sententía ipsíus Ieronymí vnũ quemque offerre posse ín templo domíní quod potest. Cur ígitur non licebit munus cultę tralatíonís offerre? Respõdetur multa esse quæ per legem prohíbentur offerrí. quapropter non omnía sunt of ferenda, sed ílla duntaxat quæ iuste offerrí queunt. Obsequiũ quo que nostrum teste Paulo ratíonabíle esse debet. At vero noua trala tío sí fíeret, esset deo quamíngratíssima, esset & prorsus írratíonabí lís, eamobrem non posset decenter offerrí. ¶Sed rursus obíícís ín hunc modum. Nunc licet quod Ieronymo licuit, sed Ieronymo lící tum fuit nouam ędere tralatíonẽ? Respõdetur assumptum falsum esse sí íntelligatur de tralatíone bíblíæ vt prætendít. Nam & nemo nunc est quí Ieronymum ípsum referat. Itídem nullus est quem spí ritus díuínus ad íd negotíí delegerit vel delígere velit. Deníq; nul la causa íusta adesse potest quæ ad nouam tralatíonem faciendam ímpellat, cum sufficiens habeatur ín vsu. ¶Adhuc íustas & aís díuũ Augustínum per epístolam suasisse Ieronymovt ex græco latínam faceret tralatíonem. Cur non ígitur poterít nunc ex gręcís codící bus noua latína effící? Non enim putandus est Augustínus quícquã suasisse quod íllícítum foret. Respondetur Augustínum ípsum nõ níhíl dissuasisse quod tamen lícítum, ímmo necessariũ erat, scílícet

tralatíonem nouam ex hebręo ín latínum. Itídem eum suasisse vt fieret, quod Ieronymus íam fecerat, scílícet tralatíonem septuagín ta ínterpretum ín latínam línguam. Suasíones ígitur eíus non íta multí erant momentí. Quapropter ex eís modo nihíl confící potest quod nouę tralatíoni suffragetur, pręsertím cum tempora variata sínt, & tralatío certa, prorsusque sufficiens nunc habeatur ín vsu ec clesíarum latínarum, quæ tũc temporis mínime habebatur. Nihíl ígitur Augustíní suasíones pro aduersaríis confíciunt.

¶Verum rursus obíícís & aís Ieronymum & Augustínum concor díter asserere quando dissonantía reperítur ín latínís codícíbus ad gręcanícos esse recurrendum, quemadmodum ex superioríbus lí quet. Iam satís responsum est hoc tẽpore níhíl talí recursu opus esse, cum certa habeatur bíblía latína. Et certíor quídem quam sínt om nes codices gręcí, quos & ínter se variantes esse, satís ac satís docuí mus. ¶Sed adhuc dícís eccleſiæ proceres ac patres frequenter mo nuisse vt sacræ líteræ emendarẽtur. Cur non ígitur lícebít eas emẽ dare & emendando transferre? Nunquam patres voluerunt sacram scripturam emendarí quantum ad stílum seu cultum verborum per tínet, sed stílum eíus permanere debere. Quíd ígitur monuerunt? Nempe vt sí per ímperítíam vel negligentíam nonnulla deprauа rentur, dílígenter ea castígarentur ad exemplaría vera sed latína. Non est ígitur ad codíces gręcanícos recurrendum. ¶Sed aís pro sententía prefatorum doctorum veríora esse exemplaría gręca quã latína. Debueras íntellígere tunc fuisse. Etením quo tempore víue bant Ieronymus & Augustínus, latína volumína corrupta erant. Corrupta erant & multa græca, sed tamen adhuc supererant quędã apud perítos græcos quę vt vera & certa habebantur. At vero lapsu temporís íta sunt apud gręcos perturbata omnía vt volumína díuí na prorsus vera apud eos mínime habeantur, aut certe sí quæ supe rent huiusmodí nec certa sínt prorsus nec ab alíís secernί valeant. Quapropter frívolum est ad gręcos líbros nunc refugere velle.

¶Adhuc proteruís & aís pro sententía ipsíus Augustíní varietatẽ lectíonís magnopere conducere ad íntellígentíam sacrę scripturę. Imprímís Ieronymus aliter sentíre vídetur, cuí potius ín negotío tra latíonum accedendum est, vt pote qui longe plus eruditionís ac ex perientię in ea re habuerit. Deínde talís varietas modo necessaría non est, ímmo superuacanea esset, cũ mínore labore, ac certíorí cõ pendío per commentaríos probatorum doctorum ad íntelligentiã ípsíus scripturę peruenírí possit. Deníque licet profuerít quantum ad quædam loca & obscura, & dissídentía, tralatíonum varietas prę sertím apud eos qui prudenter ac discrete vtí nouerant, quẽadmodũ

Auguſtinus intelligit,nunc tamen ſecus eſt,cum vna ſola habeatur interpretatio in qua nullę reipſa ſunt diſſonantiæ. Et ſi multę ſecundum corticē literę appareant,illę tamen per nouam tralationē quę non poſſent mutuo condordari. ¶Sed percontaris quid obeſt eccleſiæ ſi fiat tralatio pure latina, pro his qui amatores ſunt latini ſermonis modo non in templis & palam ſed in cubiculis ac priuatim legatur. Reſpondetur multa propterea ſequerētur incommoda quę vaferrimus dęmon hoc callido modo inferre nititur,quemadmodū ſatis nos monſtraſſe putamus. Nihil enim periculoſius quam quod ſub prętextu boni allicit,decipitque. Vix enim agnoſci poteſt, propterea que velut iuſtum ac probum defendi ſolet.

¶At dicis rurſum. Nihil obeſt ſcripturæ diuinæ puritas ſermōis,immo potius ei conducit,cum puritas addita puritati reddat totum purius. Mundior igitur ac purior eſſet ſcriptura diuina ſi cum puro, caſtoque ſenſu quem habet,adderetur puritas,caſtitasq; ſermonis quē non habet. Sed & ipſa ſermonis elegantia ſecularibus in libris obſeruata eſt,cur non etiā in diuinis obſeruanda erit? vt ſcilicet non ſolum ſententiis,ſed etiam ſtilo cæteris pręſtent vt par eſt. Reſponde tur imprimis puritatem ſeculari s ſermonis plurimum officere puritati intelligentiæ ſacrę ſcripturę. Vt enim teſte Paulo,ſpiritus & caro ſibi aduerſantur,ita & ea quę carnis ſunt,non poſſunt cum eis conſpirare quę ad ſpiritum pertinent. Cum igitur cultus ſermonis ad ea quę ſunt carnis attineat,profecto non poteſt cum ſano, puroque atque intimo ſcripturę ſenſu conſentire. Et ſeipſum plane deludit qui putat prurītum aurium & ſenſuum carnalium oblectationem cum ſpirituali puraque intelligentia ac ſuauitate interna ſcripturæ ſimul haurire ſe poſſe. Puritas igitur quæ ſimpliciter ac vere puritas eſt,& cum alia eiuſdem generis coire poteſt,reddit(fateor) totum purius. Sed id verum non eſt,quando vel abſolute puritas non eſt,vel cum alia conſentire non valet. Neque vero vllius eſt momenti quod affertur de ſecularibus libris,quandoquidem magnum inter eos,& diuinos diſcrimen eſt. Illi enim ad oblectationem ſenſuum, hi ad delectationem ſpiritus inſtituti ſunt. Illi ad poliendam linguam adiuenti,hi ad mores ornandos. Illi humanam redolent ſapientiam,hi diuinam. Illi phaleris verborum referti ſunt,hi ſententiarum grauitatem amplexantur. Nihil igitur habent in hac parte commune libri diui cum ſecularibus. Et quanquam apud inanes homines qui plauſu tantum eloquentiæ delectantur,ipſi diuini libri gratiores haberentur ſi elegāti,oratorioque ſermone effecti eſſent,tamen cultus ſermonis,& grauitatem eorum minueret, deprimeretque maieſtatem,& fini quoque obeſſet propter quem cęlitus dati ſunt, & deni-

que non tanto in precio,nec tanta in admiratione apud graues,pioſque homines(quorum cenſura præferenda eſt)dubio procul habērē tur. Itaque puritas ſermonis animo faceret eos præſtātiores,ſed contra redderet eos apud viros probos abiectiores. Denique eos efficeret citra dubium omne, minus reipublicę Chriſtianæ vtiles, quod pauci eos intelligere poſſent. ¶Sed adhuc inſurgis & dicis ad euangelicę doctrinæ propagationem,ſimul & commendationem pertinere vt ſermone culto,aut certe puro & mundo tradatur. Item cum deus ipſe decus eccleſiæ auxerit,videtur quoque & ſcripturæ decus per ornatum verborum eſſe augendum. Reſpondetur aſſumptum eſſe falſum. Niſi enim ſcriptura ſimplici,ruſticanoque prope ſermone fuiſſet primum deſcripta, nunquam tot hominum etiam ſublimium colla ſibi ſubiugaſſet. Itaque ſicut primum humili,ſimplicique ſtilo propagata eſt,ita & eodem ſuo in tenore conſeruari debet. Non enim lapſu tēporis degenerare,nec inſtar lunæ mutari habet. Quod igitur in ſuo ſtatu hactenus perſeuerauit, hoc ad maiorem eius laudem ac commēdationem facit quam ſi faciem aliam ſermonis induiſſet,quam profecto ſi hoc tempore indueret,ſtatim & leuitatis,& mutabilitatis notaretur. Videant igitur quid agere velint qui phraſim eius immutare conantur. Hoc enim non eſt illius decus velle ampliare,ſed minuere,nec eam reddere celebriorem,ſed ex mutatione deiectiorem. ¶At fortius debacharis & dicis. Cum elegantia puritasque ſermonis bona ſit,& a viris doctis,probiſque laudata,cur ſacris in literis non admittetur? Item ſi ad doctorem pertinet elegāter loquivt magis allicīat,cur non etiam in ſacri canonis authoribus recipietur elegantia ſermonis vt libentius legantur? Sed & reuera in eis inuenitur eloquentia. Siquidem ipſi libri diuini,certe nonnulli venuſte primum ſcripti ſunt,immo & ex eis aliqui carminis legibus aſtricti in prima lingua fuere,quēadmodū tradit Ieronymus in prefatiōe cronicę Euſebii dicēs hoc modo. Deniq; quid pſalterio canorius? Quod in morē noſtri flacci & græci pindari nūc iābo currit, nūc alcaico perſonat,nūc ſaphico tumet, nūc ſemipede ingreditur. Quid Deuteronomii & Eſayę cātico pulchrius? Quid Salomone grauius? Quid perfectius Iob? Quę oīa exametris et penthametris verſibus(vt Ioſephus & Origenes ſcribunt)apud ſuos compoſita decurrunt? Idem quoque Ieronymus in prologo Eſayę dicit eum i ſermoneſuo diſertum & vrbanę eſſe elegantię, nec habere quicquam in eloquio ruſticitatis admixtum. Itidem Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana quarto,quęrens an ſacri canonis authores ſapientes tantummodo,an eloquentes etiam nuncupandi ſint? Reſpōdet non ſolum nihil eſſe eis ſapientius,verumetiam eſſe nihil eloquen-

tius. Et paulopoſt ſubiungit ſe poſſe ſi vacaret omnis virtutes & ornamenta eloquentię ſacris in libris oſtendere. Denique longo proceſſu ex quibuſdam pauli & prophetę quoque armentarii ſcilicet Amos verbis oſtendit ſacris libris eloquentiam adeſſe. Laurentius quoque valla in prohemio quarti libri elegantiarum dicit paulum apoſtolum ſibi videri nulla alia re eminere quam eloquētia. Si igitur libri diuini eleganter ſcripti ſūt, cur nō licebit eos eleganter trāſferre. Si inquā ſermonis elegantiam multis certe in locis ſacra ſcriptura admittat, cur non licebit ad puritatem ſermonis latini eam in aliis reſtituere in quibus eam non habet? ymo & totam aliter tranſferre vt ad ſermonis proprietatem tota reuocetur? Denique ſacris in literis ſigna curanda ſunt ſicut in cęteris diſciplinis. Ergo videtur in eis ſeruanda verborum proprietas pręſertim quod hoc modo via ſtruatur ad rerum cognitionem, aut certe efficiatur vt ſenſus ceu commodiore vehiculo traducantur in animos hominum. Melius enim & capiuntur & memoriter tenentur quę gratiora ſunt. At cultus, purusque ſermo longe gratior eſſe ſolet im proprio. Debet igitur vbique ſermonis puritas, proprietasque ſacris in literis obſeruari. Verum vt hęc diſſoluantur aptius, quicquam de ipſa eloquentia verborum pręfari opus eſt. Dicamus igitur primitus elegantiam & eloquentiam non penitus idem eſſe ſi terminos proprie ſumpſeris. Nā elegantia ſermonis gradus eſt ad ipſam eloquentiam. Maior igitur eſt eloquentia quam elegantia quę proprietatem, puritatemque ſermonis proprie reſpicit. Deinde dicimus ipſam tam eloquentiam quam elegantiam ſiue puritatem ſermonis per ſe nec bonā nec malam, ſimiliter nec laudabilem nec vituperabilem abſolute eſſe. Eſt enim de numero ſiue genere eorum quę in medio poſita ſunt, & indifferentia paſſim vocantur, quę ſcilicet & bona & mala eſſe poſſūt Bona enim eſt ſi decenter, hoc eſt bono moderamine rectoque fine aliquis ea vſus ſit. Mala, ſi fiat ediuerſo. Deinde dicimus vſum eloquentię ſeu elegantię ſiue enī eloquentiā ſiue elegantiā poſt hac dixeris, nihil refert, quia deinceps confuſe vtar) plęrumque malam eſſe, eamque ob rem a ſanctis doctoribus paſſim reprobari ſolere. Hoc etenim. Ieronymus facit cū inquit. Dęmonū itaque cibus eſt carmina poetarum ſecularium ſapientia, rhetoricorum pompa verborum, hec ſua homines ſuauitate delectant, & dum aures dulci modulatione currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna deuinciunt. Verum vbicunque ſummo ſtudio fuerint ac labore perlecta nihil aliud niſi inanē ſomnum, & ſermonum ſtrepitum ſuis lectoribus tribuunt. Nulla ibi ſaturitas virtutis nulla iuſtitię refectio reperitur. Studioſi vero infame veri virtutumque penuria perſeuerant. Ex his enim Ieronymi verbis liquet quantum ſecularis eloquentia ſæpe noceat, & propterea taxetur. Itaque (quod dicere cœperamus) ſolent Pii Patres verborū phaleras fere ſemper vellicare, non quod putent rem ipſam per ſe malam, aut vniuerſaliter taxandam, ſed vt inſinuent vſum illius fere ſemper vanum, ineptumque eſſe, & moneant etiam ne quis re huiuſmodi (quæ vanitati plerunque obnoxia eſt) quiſquam inaniter ſeu perperam vtatur. Abutitur autem ea, qui propterea intumeſcit, ſeu gloriatur inaniter quique non ita eloquentes deſpicit, vt aſſolet. Itidem qui ſacras lite ras, vel libros alios, qui ſecularem eloquentiam non ita redolent, vel aſpernatur, vel faſtidit. Similiter qui nimiam illi dat operam, vel nimis eam affectat, aut nimium in ea oblectatur. Item qui ſolidas diſciplinas propterea non attingit, vel qui ita iugiter in ea verſatur, vt officio, ſiue ſtatui ſuo non reſpondeat, vt decet. Identidem qui ea vtitur vt plauſum populi captet, gloriamque aſſequatur humanam, aut certe mali, vel nocumenti aliquid ſuadeat, aut detrimē tū inferat, vel veritati, vel pietati. Deniq; ſi affectata eloquētia ſenſum operiat, aut verbis res ipſas ſeu ſentētias ſeruire cogat, cū ediuerſo ſit faciendū. Hęc autem, aliaque id genus mala, cum frequēter ex eloquentia contingant mirū non eſt ſi eloquētia ipſa vt plurimum periculoſa ſanctis patribus reprobetur. Qui igitur re tam periculoſa vti volunt diligenter expendere debent, quo mō id faciant qua etiā cauſa vel fine moueātur. Alioqui facillime deludētur quod plerūq; vanis hominibus vſu venire aſſueuit. ¶ His pręfatis agamus an ſacras literas deceat elegantia. Decet ſane aliqua, ſed non omnis ſaltē paſſim. Quod vt intelligatur apertius, aduertēdum eſt duplicem eſſe eloquentiam, videlicet ſecularem & diuinam, quēadmodum colligitur ex Auguſtino de doctrina chriſtiana libro quarto, hūc in modum dicente. Sicut eſt enim quędam eloquentia, quæ magis ætatē iuuenilem decet, eſt quæ ſenilem, nec iam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonę nō cōgruat eloquēti, ita eſt quędā, quę viros ſumma authoritate dignißimos, planeq; diuinos decet. Hac illi locuti ſūt, nec ipſos decet alia, nec alios ipſa. Ipſis eñ congruit. alios autē quantū videtur humilior tanto altius nō vētoſitate, ſed ſolidítate tranſcendit. Hęc Auguſtinus. Cuius verba vt tractentur, latius, & plenius intelligatur negotium, aduertendū eſt inter elegantiā ſecularē ſiue humanam & diuinā multum diſcrimínis eſſe. Illa eñ in pompa ſublimitateque verborum, hæc vero in verborum ſimplicitate, ſed ſententiarum maieſtate conſiſtit. Illa in cortice verborum, hæc in medulla ſenſuum. Illa patula eſt, hæc fere latet. Illa facile deprehenditur, hęc multo ſępe labore agnoſcitur. Illa pulſat aures, hęc tangit mētē.

Illa plerunque eſt vanitatis obnoxia, hæc pietatis miniſtra. Illa ſuauitatem, prurítumque ſenſibus affert, hæc mira dulcedine pium ſpíritum afficit. Illa vanos homines plerunque allícit, totoſque occupat, hæc diuínis viris peculiarior, & gratíor eſſe ſolet. Illa non implet, ſed ínanes facit, hæc pias mentes mirabíliter replet.

Illa deníq; nec vere, nec plene ſaturat, hæc vero píos animos etiam ſaginat, qui norunt cortice líteræ prætermíſſo, ſenſus ínternos penetrare. Ergo quanto ſpíritus ſenſu excellentíor eſt, tanto eſt eloquentía diuína, ſeculari præſtantior.

¶ Sed díces, quomodo poteſt dící elegantía, vbí nec cultus, nec propríetas ſermonis adeſt? Reſpondetur, diuínæ eloquentiæ tría conuenire, quæ paſſim dícuntur eloquentiæ officia. Sunt enim tría, quæ homines eloquentía ſeculari prædíti obſeruare habent, ſcílicet vt doceant, vt delectent, vt flectent, ſíue perſuadeant. Fínis enim oratoris eſt perſuadere. Atvero hęc tría reperíuntur ſacrís ín líterís, & quídem copioſíus quam ín cæterís. Quíd enim (precor) æque docet ea, quæ ſana ſunt, ac ínſtruit humanum genus ad ſalutem aſſequendam, vt diuína ſcríptura. Quíd íta ſíncere, vereque delectat ſícut ínternus, ſpíritaliſque diuínarum líterarum ſenſus ſub ſímplící cortice latens, quando ad eum peruentum eſt? Quíd demum íta allícit, íta ínſtigat, íta ſuadet, íta víncit, vt diuínus ſermo, ſí tamen lectoris pectus nec ſtupídum, nec obſtínatum ſit? Non ítaque íníuría elegantía dícitur íneſſe, eſto pompa verborum non aſſít.

Vbí ſtílus quídem ſímplex eſt, ſed talís, quí ſpíritaliter erudíat, mírum ín modum allíciat, ſuauíter oblectet, & ípſas deníque mentes (níſí ſint ſapo duríores) potenter flectat. Hęc ígitur diuína eloquentía ſacras líteras admodum decet, quæ & íta eís peculíaris eſt, vt nul líbí poſſís eam reperíre, & níhílomínus eís íta communís, vt vbíque ín eís ínueníatur. ¶ Sed quæris de alía ſpecie eloquentiæ, íd eſt de ea, quæ ſecularis, oratoría, ſíue humana dícitur, an deceat ípſas líteras ſacras, ín eíſque ſímíliter obſeruetur? Putamus huíuſmodí elegantíam, quæ præſertím ſublímís, ac ſumma eſt, cuíuſmodí eſt Tullíana, mínime fuíſſe diuínís ín líbrís ad vnguem obſeruatam. Sed cur hoc? níſí quod alterí, hoc eſt diuínæ eloquentiæ obfuíſſet, plurímaque alía detrímenta peperíſſet, de quíbus iam ſatís dixímus. At níhílomínus ípſam elegantíam humanam, non íta altam, ſíue ſublímem nonnullí líbrí diuíní primum habuere, quemadmodum Eſayas propheta, alíque nonnulli. Verum elegantíam huíuſmodí vbíque ín tralatione ſeruare non potuerunt ínterpretes. Quod & Ieronymus peculiaríter teſtatur de Eſaya, de quo ſíc aít ín prologo. At primũ de Eſaya ſciendũ, q; ín ſermone ſuo díſertus ſít, quíppe vt vír nobílis & vrbane elegantię, nec habens quíc quam ín eloquio ruſtícitatis admíxtum. Vnde accídit, vt præ cæterís florem ſermonis eíus tralatio non potuerit conſeruare. Idem quoque generatím de alíís líbrís teſtatur. In præfatione cronicę euſebia nę, vbí aít diuínorum voluminum ínſtrumenta a ſeptuagínta ínterpretíbus edíta, non eundem ſaporẽ ín græco ſermone cuſtodíre, ſed cum græce leguntur, alíud quíddam ſonare, & latíne penítus ínhærere, quapropter línguæ prioris gratia ínterpretatíone mutata eſt, tũ quod eam ſeruare non potuerít tralatío, tum quod ínterdum neceſſe non fuerít. Nam ípſe Ieronymus, líbro de optímo genere ínterpretandí (vt ſupra recítatum eſt) oſtendít non eſſe opus ſemper verbum ínterpretarí, ſed ſatís eſſe ſenſum transferre de ſenſu. Et quanquam ſacras líteras ínterpretando dílígenter, ſít etíam ad verba reſpícíendum, ſíntque neceſſarío transferenda quãdo ſenſuí príncípaliter íntento deſeruíunt, tamen níſí hoc contíngat, ſatís eſt ſenſum præcípuum ín tralatíone fídelíter ſonare, quod & apoſtolí & euangelíſtæ fecerunt. Itaque verborum elegantía non fuít neceſſarío ín tralatíone díuínorum voluminum conſeruanda, ſícut nec ſemper conſeruata eſt, lícet nonnullís ín locís reperíatur obſeruata. At elegantía díuína penítus íntralatíone cuſtodíta eſt, nec quícquam ex ea, vel díminutum, vel prætermíſſum putatur, ſícut nec imminuí, nec prætermittí debuít. Sed quærít alíquís, cur ípſa elegantía humana, ſíue eloquentía ſermonís alíquíbus ín locís diuínæ ſcríptúræ non autem vbíque obſeruata ſít, tam ín exemplarí, quam ín tralatione? Reſpondetur eam fuíſſe nonnullís ín locís obſeruatam ne contemnenda putaretur eloquentía ípſa. Non autem vbíque, ne vídereſtur eſſe præcípue, ſeu príncípaliter ín ípſís líteris ſacrís, vel affectãda, vel conſíderanda. Quod & tangít díuus Auguſtínus quí obíter loquens de ſcríptoribus díuínís, quarto de doctrína chriſtíana líbro, dícít hoc pacto. Illud magís admíror & ſtupeo, quod noſtrí eloquentía íta vſí ſunt, per alteram quandã eloquentíam ſuã, vt nec eís deeſſet, nec emíneret ín eís, quía nec ímprobarí ab íllís, nec oſtentarí oportebat, quorum alterum fíeret, ſí vítaretur, alterum putarí poſſet, ſí facíle agnoſceretur. Et ín quíbus forte locís agnoſcítur, a doctís tales res dícuntur, vt verba, quíbus dícuntur non a dícente adhíbíta, ſed ípſís rebus velut ſponte ſubiecta vídeantur, quaſí ſapientíam de domo ſua, íd eſt pectore ſapientís procedere íntellígas, & tanquam ínſeparabílem famílíam etíam non vocatam ſequí eloquentíam. Et ſubdít. Sícut ergo apoſtolum præcepta eloquentíæ ſecutum fuíſſe non dícímus, íta quod eíus ſapientíam ſecuta ſít eloquentía non negamus. Ex hís enim díuí

Auguſtíní verbís probantur ea,quę díximus,vídelicet díuínís ín lí-
bris ínterdū eloquentíā humanā reperíri,ne ſcílícet deſpícienda pu
taretur,nec tamen ſemper fuiſſe vel obſeruatā vel obſeruandā ípſís
ſcríptorıbus ne vídereꝫtur elegantíā ípſā vel affectare , vel artís ípſí-
us eloquentię præcepta de índuſtría ſectarí vel demū ínnuere eā eſ-
ſe prędpuā ſeu potíſſímū attendendā. Eteꝫ ípſa verborū elegan-
tía,quæ ſacrís ín lítерís ínterdū obſeruatur,non præcípua eſt,ſed ac-
ceſſorıa,non prędcedens,ſed comítans,non accerſíta,ſed ſponte ſe of-
ferens,non affectata,ſed pene neglecta,nō emínens,aut oſtentatıo-
nís quícq̄ redolens,ſed decenter preſſa,penecꝫ abſcondíta. Cur autē
potíus ín quíbuſdā quā alíís locís ſít obſeruata,curíoſum ac ínepti
eſt ſcíſcítarí velle. ¶ Cętерū ad díluendas obiectíunculas ſuperíus
propoſítas accedētes dícímus,eſto elegantía ſermonís nec mala nec
íllaudabílís ſít per ſe,plęrūcꝫ tamē & ínepta & mala per accídens ef
fícítur. In propoſíto autē quantū ad ſacras líteras attínet,ínepta fie-
ret omnıbus ín locís ad vnguē obſeruaretur propter cauſas ſuperíus
dictas. Et quanꝫ vetuſtí ac ſacrí doctores díuínę ſcrípturę explana-
tores fere omnes eleganter ſatís locutí ſunt,nō tamen propterea cō
fícere poſſís elegantíā ſermonís ín ípſa bíblía obſeruarí debere. Ha-
bet enım ſuā elegantíā,quæ nec ípſís quidē expoſítionıbus cōuenít,
qua contenta alíam paſſím admíttere non dígnatur . Vt eꝫ quædā
ſunt ſcrípturę canonícę propría,quæ alíís nō cōmunícantur,ſta quę
dam alíís conueníunt,quæ ſcrípturā ípſam non decent . Quod autē
dícís líbros díuínos prímítus eleganter ſcríptos fuiſſe. Fateor ímpri
mís de quíbuſdā veterís ínſtrumentí líbrís(ſí tamē íntellígas)de tē-
perata elegantía,quæ & ſenſuí nullū præíudícíū faciebat, cū paſſím
ſtílus ílle íntellígítur. At líbrí ílli,qui paucí fuerunt reſpectu cætero
rum,quos ſí elegantíus vertere cupís ímpudentíſſímus es. Nunquíd
melíus Ieronymo traduces? Nunquíd & eos qui carmíne ſcrípti ſunt
ſeruata lege metrí nobís ín latínā línguā transfundes? Nunquíd fa-
cíes quod fíerí nec pōt,nec opus eſt,ſed nec expedít quidē? At quí lí-
brí ípſí non poſſunt , teſte Ieronymo , eandem ín tralatíone elegan-
tíam conſeruare,nec opus quoque eſt vt eam cuſtodíant . Denique
cum tralatío eorum non ſít tradíta vní popello, vníuſque línguæ ho
mínibus,vt olím ípſum exemplar,ſed díuerſís natıonibus, díuerſís-
que línguís,non expedít eam eleganti ſermone eſſe , propter cauſas
íam ſatís tactas. ¶ Quantū vero ad líbros noui teſtamentí fatemur
eos quidem eloquentíſſímos eſſe, ſí de eloquentía díuína íntellíga-
tur. Sín de humana dícímus , eloquentíam nonnullís ín locís obſer
uatam eſſe,quemadmodum Auguſtínus probat. Nam & íbí colores
rhetorící,& ea quæ ad ſuadendum pertínent nonnunquam íbí repe-

rıuntur. At elegantía,ſíue proprıetas ſermonís parum íbí curata eſt
ſícut nec íta curarí debuít aut etíam debet,quem admodum íam ſa-
tís dıffuſe probatum eſt. Sed obíícítur valla quí putat paulum nulla
alía re emínere quam eloquentía. Reſpondetur huíc ſcíolo non eſſe
credendum,vt pote quí eo ín loco alííſque multís loquatur & ínepte
& arroganter, prędſertím ín hís que ad theologíam, philoſophíāque
pertínent. Quod ſí fídem mihí non tríbuís,affero tíbí vel vnum ca-
put, quod líbro ſexto elegātíarum ab eo poſítum eſt vbí de perſona
agens boetium carpít. Ex eo enım perſuadere tíbí facíle poſſís ma-
gnam huíus homínís temerítatē,arrogantíamque fuiſſe . In eo enī
tres ponít hęretícas propoſítíones,tres falſas,tres ínıurías. Aít enım
perſonam non eſſe ín deo non magís quam ín bruto. Item nec natu-
rę nec ſubſtantíę vocabulum ín deo quadrare. Símíliter qualitatem
ſíue tres qualítates ín deo ſtatuít,quas dícít eſſe perſonas . At hec
trıa hęretica ſunt & ſymbolís, ſynodís doctorıbuſque ſacrís repro-
bata. Nam perſona ín deo eſt longe alíter quā ín bruto ſí tamen per
ſona ín bruto ſecundum alíquam ſígnificantíam eſſe dícatur. Et ím-
pium eſt dícere eodem modo eſſe ín vtroque,cum ín deo perſona ſít
ſubſtantía,non autem íta ín bruto. Nomen quoque naturę ac ſubſtā-
tię veríſſíme quadrat ín deo,ſed nomen qualítatís mínime. Sí quidē
plane hęretícum eſt ín deo qualítatem ſtatuere, cum ín deo nullum
ſít accídens,ſed nec eſſe quídem poſſít. Perſonas quoque díuínas dí
cere qualítates ínſanıſſímum eſt,cum perſona díuína ſít vere ſubſtā
tía,& nihílomínus tres perſonę díuínę mínime ſínt tres ſubſtantię,
ſed vnica prorſuſque ſímplex eſſentía. Vt enım perſonas díuínas cō
fundere(teſte ſymbolo)non debemus,ſta nec ſubſtantíam ſeparare.
Trıa ígítur prędícta aperte hęretíca ſunt. Porro aít. víbratíonem &
calorem ſ ſole qualítates eſſe . Item nullam vocem ſígnífícare merā
ſubſtantíam,& nullam quoque rem mere ſubſtantíam eſſe . At hęc
trıa ſunt falſa. Nam víbratío ſolís non qualítas,ſed actío eíus eſt. ín
quo & nullus calor realíter íneſt,ſed dumtaxat vírtualíter . Quí alí-
ter putat expers philoſophię eſt,& anílibus delíramentís ílludítur.
Nihíl enım caloris eſt reípſa ín ſole, quamuís ímproprie eſſe díca-
tur,quod ſcílícet a ſole in íſtís ínferıorıbus producatur. Per reflexío-
nem enım radíorū ſolarí ū producítur calor ín terra. Itídem termíní
abſoluti de genere ſubſtantíe,vt ſortes homo,aíal meram ſubſtantíā
ſígnificant,quandoquídem nihíl accídentíum, in ſua ſígnificantía
cōplectūtur. Aut enī oía accídētía ſígnífi cāt,aut nulla aut alíqua Sí
díxerís alíqua,quęrímus quenā ſūt ílla. Item cur ílla potíus quā alía
Itaq; falſū illud eſt quod aít nullā vocē ſígnificare merā ſubſtantíā.
Sed & falſum quoq; eſt quod íbídē ſubíūgít,ſcílícet nullā rē mere ſub

ſtantiam eſſe. Nam deus eſt mera, ymo meraciſſima ſubſtantia. Itē angelus mera ſubſtātia eſt. Similiter anima rationalis & forma ſubſtantialis, & materia prima, Et cetera id genus inumera. Quod ſi intelligat nullam rem eſſe cui non aſſit aliquid qualitatis. hoc nec verum eſt, nec ſuam quoque propoſitionem ſaluam facit. Nam diuinitas res eſt cui nullum accidens ſeu nulla qualitas ineſt. Itidē anima in principio ſuę creationis nullam habet qualitatem ſibi adherentē ſi tamen dicatur vt probabile eſt, peccatum originale eſſe carentiā dumtaxat iuſtitię originalis debite ineſſe. Sed & iſte error aſtipulatur eorum errori qui dicebāt omnia permixta eſſe, & quodlibet eſſe in quodlibet. Ergo tria prędicta falſa ſūt Denique tria ibidem dicit iniuria, ſeu mauis contumelioſa. Ait enim Boetiū romane loqui neſcire, & nos barbare loqui docuiſſe, quod admodum contumelioſum eſt. Quod nihilominus & boetius feciſſet, tamen longe tolerabilius eſt docere loqui barbare quam hęretice. Itidem qualitatis diffinitionem vt garrulam & ineptam deridet, cum tamen ſit omnibus & philoſophis & theologis probatiſſima. Et debuerat quoque meliorem afferre ſi fidem ſibi tribui volebat Denique ait neminem niſi imperitum omnino vti perſona pro ſubſtātia, cū tamē viri doctiſſimi vſi ſint illo genere loquendi. Et reuera ridiculus eſt qui putat vocabulū illud perſona, propterea quod interdū equalitatem ſignificet nūquā ſignificare ſubſtantiam. Vides ergo quantum in vno capite ſit erroris ac ſtultitię. Vides etiam quantū in homine ipſo fuerit temeritatis & arrogantię, qui omnia tum diuina tum humana tractare preſumpſit, cum tamen in multis, preſertim dyalectica, philoſophia, & theologia parum nouerit. Vides denique quā inepte carpat ſuperbe que rideat frequentius bonos auctores longe ſe doctiores. Sed ad inſtitutum reuertentes dicamus falſum eſſe quod ait de paulo, ſcilicet paulum nulla alia re eminere quam eloquentia, hoc enim imprimis refragatur ipſi Paulo, dicenti ſe imperitū ſermone, ſed non ſcientia, dicenti inquā ſe non vſum perſuabilibus humanę ſapientię verbis. Item aduerſatur Ieronymo, aliter afferenti in principio ſecundi libri cōmentariorum in epiſtolā ad epheſeos. Nos inquit quotienſcunq; ſoloeciſmos, aut aliquid annotamus, non apoſtolū pulſamus vt maliuoli criminantur, ſed magis apoſtoli aſſertores ſumus. Quod hebreus ad hebreis abſque rhetorici nitore ſermonis & verborum cōpoſitione, & eloquii venuſtate nunquam ad fidem chriſti totum mūdum tranſducere voluiſſet niſi euangeli ſaſſet eum non in ſapientia verbi ſed in virtute dei. Nam & ipſe ad corinthios ait. Et ego cum veniſſē ad vos fratres veni, nō ī eminētia verbi aut ſapiētię ānūciās teſtimoniū dei. Et rurſū. Et verbū meū & prædicatio mea nō in ſuaſoriis ſapiētię vobis, ſed ī oſtēſiōe ſpūs & virtutis, vt fides veſtra nō ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute dei. Iſtē igitur qui ſoloeciſmos in verbis facit, qui non poteſt hyperbatum reddere ſententiam que concludere audacter ſibi vendicat ſapientiā. Ecce Ieronymus aperte dicit Paulum non ſeruaſſe nitorem ſermonis, nec eloquii venuſtatem, ſed ſibi ſapientiam vendicaſſe. Patet igitur Ieronymū aliter ſentire, quam Valla. Ad hæc Valla reluctatur diuo Auguſtino libro quarto de doctrina chriſtiana reprehēdenti quoſdam, qui diuinos authores contemnendos putant, non quia nō habent vt ait, ſed quia non oſtendant quam nimis iſti diligant eloquentiam. Ex his enim apparet Paulum non fuiſſe vſum ſaltem paſſim & eminenter ſeculari eloquentia. Quomodo igitur verum eſt quod ait ipſe Valla Paulum nulla alia re eminere, quam eloquentia? Nōne in eo magis eminet ſapientia? Ita ſane. Porro Valla refragatur ęteris doctoribus aſſerentibus ſacras literas ſimplici ſtilo confectas eſſe, qui & rationes huius rei afferunt. Denique res ipſa probat in ſacra ſcriptura non eſſe obſeruatam elegantiam ſiue proprietatem ſermonis.

¶ Cur autem Paulus eam non obſeruarit, ſi roges tibi triplex cauſa dari poteſt, quam Ieronymus variis in locis aſſignat. Dicit enim alicubi eum propterea non fuiſſe vſum elegantia ſermonis, quia peritus in ea nō erat. Etenim ſcribens ad Algaſiam dicit Paulū ipſum ſe imperitum ſermone non de humilitate, ſed conſcientię veritate dixiſſe. Profundos enim (ait) & reconditos ſenſus lingua nō explicat. Et cum ipſe ſentiat quod loquatur, in alienas aures puro non poteſt transferre ſermone. Alibi autem Ieronymus ipſe duplicē aſſignat ſub diſiunctione cauſam dicens Paulum non fuiſſe vſum ſermonis elegantia, quia contemnebat, vel præ humilitate diſſimulabat. Etenim libro primo contra Ruffinum ſic ait. Paulus græcam facundiam contemnebat vel certe (quod erat humilitatis) diſſimulabat, vt prædicatio eius non in perſuaſione verborum, ſed in ſignorū virtute conſiſteret, ſpernēs alienas opes qui in ſuis diues erat. quanquā ad imperitum nunquam pro tribunali ſedens feſtus diceret. Inſanis Paule, inſanis, multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. Ecce quid Ieronymus de Pauli facundia ſentit. De cæteris vero apoſtolis dici poteſt quamuis notitiam linguarum tātam diuinitus acceperit, vt poſſent eloquentiſſimos plene intelligere, tamen gratiā loquendi eleganter omnibus linguis non ita habuerunt. Loquebantur quidem intelligibiliter omnibus linguis, ſed non ita eleganter. Aut certe ſi facultatem loquendi etiam elegantes acceperint, vſi tamē ea paſſim nō ſunt, ſed vſum diſſimulauerunt, ne prædicatio euāgelii in facundis humanæ eloquentiæ verbis conſiſtere videretur.

Sed iam minus huius ſcioli nugis reſponſum eſt. ¶Quod autē poſt ea quæritur cur non licebit nouam tralationem facere, in qua ſermo diuinus ad puritatem elegantiamque ſermonis reuocetur. Iam ſatis reſponſum eſt hoc non licere propter cauſas multas ſuperius tactas. Denique cū dicitur curanda eſſe ſigna, propterea q; proprietatem ſi ue elegantiam ſermonis ſacris in literis ſeruari debere, aut certe decenter poſſe. Reſpondetur curanda quidem eſſe ſigna, ſed curandū eſſe quomodo ea curanda ſint. Nam quodammodo curanda ſunt, quodam vero miniме. Enimuero imprimis cura habenda eſt de intelligenda ſignorum ſignificantia. Cum enim authore Auguſtino, omnis doctrina ſit, vel rerum, vel ſignorum, & res ipſę per ſigna diſcantur opus eſt imprimis intelligere quid ſigna ipſa ſignificent. Niſi enim de ſignis conuenerit non poſſunt homines vel alios docere, vel quid animo ſentiant verbis explicare. Hinc vſu venit vt omnes opifices primum ſuos tyrunculos imbuant cognitione, ac ſignificantia ſignorū quibus inſtrumenta ſuę artis vocantur, ne ſibi quicquam petentibus aliud pro alio afferatur. Itidem literarum omniū profeſſores ſolēt imprimis quādā ſignorū emphraſim præmittere. Denique ſi ſigna ignorētur, nec ars, nec ſcientia vlla poterit vel tradi, vel diſci. Deinde curanda ſunt ſigna quo ad multiplicitatem ſeu variam acceptionem eorum. Multiplicitas enim ſignificantiæ, ſeu mauis ęquiuocatio ambiguitatem parare ſolet. Qui igitur huiuſmodi variam ſignificantiam ignorauerit, & ſæpe & facile deludetur ſiue in eadem ſcientia verſatus fuerit, ſiue in diuerſis. Etenim in eadē ſcientia contingit eandem dictionem varie accipi, quemadmodū paſſio ſolet interdum apud dialecticos pro proprietate ſeu termino magis comitatiuo cum alio conuertibili deſumi, quomodo riſibile paſſio eſt hominis. Interdum pro genere quodam generaliſſimo ſiue prædicamento a cæteris diſtincto, quod videlicet rem omnem ſignificat, qua aliquid denominatur pati. Interdum vero pro vna ſpecie qualitatis, quo pacto omnem qualitatem perfectiuam paſſionis ſenſus, vel paſſionem ipſam, vel ab eis proficiſcentem ſignificat, vt calor, ſapor, odor, ſonus, caliditas, frigiditas, & ita de aliis, quę p modum denominantis quale tranſitiue ſe habent. Identidem vox eadem in diuerſis diſciplinis varie accipi ſolet. Nam paſſionem philoſophi morales pro perturbatione, vel generalius pro motu appetitus ſenſitiui accipiūt, vt eſt ira, gaudium, timor, ſpes, dolor. Naturales vero pro afflictione, ſeu paſſione dolorosa, aliiſque variis modis. Dyalectici vero vt dictum eſt. Quapropter nō negligenter curāda ſunt ſigna quantum ad multiplicitatem eorum. Porro curanda ſunt ſigna, quantum ad ſuas proprietates, in his potiſſimum diſciplinis,

quę de proprietatibus eorū cōſiderāt, cuiuſmodi ſunt grāmatica, rhetorica, dyalectica. Grammatica enim conſiderat ea, quæ ad cōgruitatem, rhetorica quæ ad elegantiā, & ornatum, dyalectica vero quæ ad veritatem ſermonis pertinent. Itaque ſtultum eſſet dicere ſigna in huiuſmodi diſciplinis curanda non eſſe, quę proprie ſignorum cōſiderationē ſibi vendicāt. Sed & in cæteris ſciētiis proprietates quoque ſignorum curandæ ſunt, quantum certe opus eſt. Denique curanda ſunt ſigna quo ad connexionem, ſiue vnionem adinuicem. Niſi enim diligenter hoc fuerit obſeruatum, falſa pro veris ſæpenumero acceptabuntur. ¶At quoniam ſacræ ſcripturę contemplatione hęc præfati ſumus, dicamus in ea curāda eſſe ſigna, vt cognoſcantur quæ vel ignota, vel ambigua ſunt. Duo enim ſunt in genere, quæ authore Auguſtino impediunt intelligentiā ſcripturæ ſacræ, ſcilicet ignorātia ſignorū, & ambiguitas eorū. Eñuero niſi multiplicitas ſignorū (quæ ſacris in literis frequentiſſima eſt) comperta ſit, non poterit ipſa ſcriptura locis pene innumeris ſane intelligi. Itidem quantum ad proprietates ac connexiones eorum, quę vel fidei, vel ſcripturę ipſius veritatem peruertere, & errorem inducere poſſunt, maxime curanda ſunt ſigna. Etenim in ſciētia huiuſmodi ad certam regulam loqui non ſolum fas eſt, ſed etiam operepreciū eſt, maximevero in materia trinitatis, & incarnationis. Niſi enim aduerteris diligenter facile in peruerſos errores prolaberis. At vero quantum ad proprietates ſermonis latini, & ea quæ ad elegantiam, ſeu ornatum linguæ pertinent, nullo pacto curanda ſunt ſigna, niſi eo, quo in ipſa ſcriptura curatum eſt. Eo eñ modo pro Auguſtini ſententia tradita eſt ſcriptura ipſa, quo tradi debuit. Eapropter nullus alius ſtilus oīno deſiderandus eſt. Impediret enim non parum ne ſenſus ſcripturę traduceretur in animos hominum, quemadmodū ſupra diximus. Ergo qui aliam ei veſtem dare, qui eius faciem immutare, qui demū (vt aperte loquar) eius ſtilum in alium commutare cupit, totus carnalis, totus prophanus, totuſque inſanus eſt, ignorans, ſcilicet quæ dei ſunt, & ſuum quoque iudicium patrum tum ſanctiſſimorum, tum doctiſſimorum cenſuræ impudenter ac ſuperbe præfert, qui ſtilo ſcripturę hactenus contenti fuere. Sed iam ſatis ac ſatis probatum eſt nullam nouam ſacræ bibliæ tralationem fieri debere. Satis quoque reſponſum quibuſdam motiuis, quæ leues homines cōcitare poſſent ad nouam tralationem faciēdam. Eamobrem quod ſupereſt attingamus.

¶Capite viceſimo recens cuiuſdam rethorculi neotherici, qui ſe theologum iactitat, tralatio noui teſtamēti vt inepta atque inſana funditus coarguitur & reprobatur.

Actenus rem egimus, fere dissimulantes, quod noueramus. Noueramus enim quasdam nouas temerariasque tralationes. Imprimis epistolarum paulinarum, deinde aliorum librorum noui testamenti, sacrilega præsumptione editas, a quibusdam tralatitiis (sic enim appellare libet) nimium arrogantibus nostra ætate fuisse. Quas vbi parumper legissem, & audax facinus profunda mente volutassem, dici non potest, quanta admiratione, quanta indignatione, quanto q; dolore affectus fuerim. Tum em̃ cœpi prędagire quod prothdolor vidi postea contigisse, grandem scilicet reipublicę turbationem, cõtentiones durissimas, inextricabiles dissentiões, sectas pestiferas, scandala quamplurima, varioſque errores, viam quoque hoc pacto fuisse apertam hęresibus, quibus & multi iam infecti dicuntur, & ansam quoque datam leuibus, insanisque hominibus sacras literas despiciendi, corrumpendi, ac peruerse interpretandi, denique causam infinitorum malorum subortam fuisse. Quę cum crescere indies animaduerterem, curaui, vel tandem tantis malis obsistere, & reipublicę, propterea perturbatæ opem pro viribus ferre. Quod iam mihi videor feciſſe satis abunde, cum fusissime probaui nullam nouam tralationem esse faciendam. Hoc enim modo cõsequenter eas quæ factæ sunt, funditus ipse damnaui. At nihilominus videtur aliquid adiiciendum peculiariter, vt noua hæc temeritas plenius intelligatur, & intellecta penitus a toto fidelium cœtu (vt par est) abiiciatur. Ergo probemus huiusmodi tralationes nouas esse damnandas, penitusque profligandas a toto christianismo. Imprimis quod cassę, ineptæ, temerariæ, ac falsę sint penitus. Deinde quod inutiles, iniuriæ, scandalosæ, ac supramodum periculosæ. Cassę etem̃ sunt, imprimis vtpote quę nulli rei cõducant, quod biblia sit plene sufficiens, & qua quisque christianus cõtentus admodum esse debeat, quemadmodũ & maiores nostri a mille annis, & supra contenti fuere. Deinde sunt ineptæ, quod multa futilia ac vana contineant. Nam interdũ huiusmodi tralatistę verba mutant, quæ satis latina sunt. Denique huiusmodi nouę tralationes prorsus temerarię sunt, quod ingenue fatebitur, qui equam censuram facere norit. Siquidem in eis tralatistę ipsi multa de suo addiderunt, nonnulla sine ratione subtraxerunt, infinita quoque casso labore mutauerunt. Hęc autem, quę diximus vt peculiariter probemus, & rem certo ordine prosequamur, iuuat imprimis vnum ex eis improbare, qui multa in euangelio Matthæi aliter vertere ausus est, quam in biblia communi habetur. Etenim primo capite Matthęi sic ait. Iudas autẽ genuit Phares & zaram e Thamar.

Nonne bellum latinumque est, quod in communi legitur biblia, sci licet de Thamar? Cur ergo aliter posuit? Nonne Ieronymus literarum princeps hoc loquendi genere sępe vsus est in veteri testamento. Non licet ponere de, vice ex, quoties de origine, siue de genealogia agitur? Det hic tralatista probatum authorem, qui secus sentiat. Esto nõ passim liceat vti de, loco ex, nihil ad rem, cum alterum pro altero latine vsurpare liceat, quãdo de genealogia agit̃, vt diximus. Quare ineptum fuit huiusmodi mutationem facere pro seruanda cõsuetudine latini sermonis, cum probari non possit hoc loquendi genus non licere, quod tamen incumbit, & quidem non vulgariter, qui a communi consuetudidine recedendum putat. Item dicit Solomonem, pro Salomonem. At quid hoc ineptius est? Nunquid hanc mutationem flagitat puritas linguę latinę? O sapiens Solomõ, qui dicit se nouã feciſſe tralationẽ, vt sermonẽ diuinum restitueret ad mũdiciem latini sermonis. Si hoc ei duntaxat curæ erat, cur mutauit quæ nihil faciũt ad elegantiam ipsam? Sed nouimus cuniculos eius. Sub prętextu em̃ huiusmodi restitutionis, nihil aliud videtur conari, quã ad sensum suum scripturam peruertere, communemque explodere bibliam, & lectionem quoque ecclesiasticam infamare. Nisi enim hæc eum ipsum impulissent, cur vocabulum plusquam assuetũ mutasset? Ecce scilicet plus quam Salomon hic, qui Salomonem in Solomonem mutare ausus est. At dicit eodem modo reprehendendũ latinum interpretem, quod Iesu nomen verterit, iuxta græcorum nõ iuxta hebręorum pronunciationem. Hui bellum effugium. Nõ em̃ quæstio hic est quid fecerit latinus interpres, quãuis authoritate spiritus diuini decenter omnia fecerit, sed quid ineptus iste inepte egerit, qui & insulse nimium pro transmigratione, posuit demigratione, dicens. In demigratione in Babylonem. Cur obsecro verbũ transmigrationis mutauit, quod latinum est, & quo frequenter vsus est Ieronymus in tralatione veteris testamenti. At dicit se posuisse demigrationẽ, quod sit vox probata, & vsitata apud latinos, sed de trãsgratione dubitet. Pulchrum scilicet dubium, præsertim ei, qui totũ vitę tempus in arte humanitatis contriuit. Quod si Ieronymum nõ satis latinum stulte putet. Cur a suo Valla dissentit, quem hominem doctum iuxta ac facundum vocat? Is enim verbo transmigrationis vtitur, nec de hoc dubium vllum facit, Siquidem elegantiarum suarum, libro quinto hunc in modum ait. Transmigrare est in longioris loci domicilium habitationemve migrare. Et multi quoque recentiores, in quibus est Calepinus, transmigrationis voce vtuntur. Nõ fuit igitur cur hęsitaret in hac parte, Sed & dicens in demigratione in Babylonem, in alienum sensum videtur locum hunc euangeli

cum traduxiſſe. Exverbis enim eius quodammodo intelligi datur Ioſiam genuiſſe Ieconiam & fratres eius in demigratione, hoc eſt in ipſo itinere captiuitatis. At hoc falſum eſt, cum nec in itinere ipſo nec in ipſa quoq; captiuitate, ſiue poſtquam demigratum erat in Babylonem Ioſias quempiam filium genuit. Siquidem antequam captiuitas ipſa inciperet, hoc eſt priuſquam rex Babylonis primum in Iudęam veniret (venit enim quater, vt ex libris regum, Paralipome nō, & Ieronimo colligitur) Ioſias ipſe mortuus erat. Cū igitur hic locus euangelii eſſet aliunde ſatis obſcurus, non debuit quicquam mutare, quod eū redderet obſcuriorē, & cauſā erroris prębere, quod tamē fecit iſte tralatiſta. Porro quod eodē capite primo, ī Chriſti genealogia addidit vxor dicens. Dauid autem rex genuit Salomonē, ex ea, quæ fuit vxor Vrię. Dicat cur addidit vxor? Si dixerit pro clariori intelligentia. Quærimus, cur non etiam, immo potius addidit Berſabeę? Clarior enim fuiſſet intelligentia. Verum nec hoc, nec illud addi debuit, quod hoc loco probati Doctores cauſam reddāt cur ita dixerit euangeliſta, vt dixit, & circunlocutione maluerit vti.

Item eodem capite mutationem fecit temerariam dicens. Virgo erat pręgnans. Nam verba mutauit & ſenſum. Dicit ſe hoc feciſſe, & latine magis & dilucidius, quod ſermo vulgatę editionis eſſet inuſitatus, & anceps. Et hoc falſum eſt. Nam habere in vtero vſitatū eſt latinis, & nulla eſt hic ambiguitas, niſi aſellis, qui neſciunt ex cō textu verborum ſenſum ſcripturę elicere. Cum enim mox ſequitur & pariet filium, dubio procul nimium plumbeus, immo calumniator proteruus eſt, qui putat per præcedentem particulam de alio quā de prole accipi poſſe. Et nunquid propter leues ambiguitates aſellorum ſunt ſcripturę verba mutanda? Minime ſane, immo nec mutāda ambigua, vtpote quæ non citra cauſam optimā ſunt poſita ſacris in literis. Adde quod eodem modo eſſet mutandum id quod Eſaiæ ſeptimo capite habetur. Ecce virgo concipiet, vnde hic locus euangelicus depromptus eſt. Nam cum quędam ſit conceptio mentis, altera ventris, ambiguum eſſe poteſt, ſed ſolis imperitis, & obtuſis, de qua conceptione intelligendum ſit. At propterea dicere mutationē eſſe faciundam abſurdum eſt. Sed obſecro quis dedit huic ſciolo authoritatē mutandi nō ſolum verba ſed etiam ſenſum? Dicat ſi nuſquam phas eſt a verbis diſcedere, ſępe vocabitur in ius interpres, qui frequenter abſque cauſa diſcedit a verbis græcis. Vide mi lector inſanam huius tralatiſtę temeritatem. Putat enim ſibi prophano licere quod licuit Ieronymo non tantum ſacro, ſed diuinitus quoque ad id negotii delecto, diuinaq; gratia peculiariter illuſtrato. Quod autē ait interpretem ipſum ſine cauſa a verbis diſcedere, mentitur plane

& calumniam hæreſim redolentem impingit interpreti diuino, qui authoritate ſpiritusſancti interpretatus eſt. Aliter ſentire hęreticari eſt, quēadmodū ſuperius ſatis probauimus. Sed pergamus in cœpto.

¶ Capite ſecundo Matthæi ille ipſe tralatiſta ſic ait. Cum autem natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudeę. Et rurſus. Ac miſſis ſatellitibus ſuſtulit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus confiniis bethleemiticis. Imprimis quod poſuit Iudeę loco Iudę, aduerſatur Ieronymo ſic dicenti. Librariorum error eſt. Putamus enim ab euangeliſta primum editum ſicut in ipſo hebraico legimus Iudę, non Iudeę. Quæ eſt enim aliarum gētium Bethleem, vt ad diſtinctionem eius hic Iudeę poneretur? Iudę autē idcirco ſcribitur, quia eſt & alia Bethleem in Galilęa. Ex his enim Ieronymi verbis conſtat Iudę nō Iudeę eſſe legendum, & poſitum eſſe ad diſtinctionem bethleem Iudę, & bethleem, quæ in ſortē tribus zabulon, cum diuiſa eſt terra promiſſionis, cecidit. vt patet Ioſue decimonono. At reſpondet hic tralatiſta Ieronymum non aſſeuerare, ſed putamus. īquit, Bella ſcilicet reſponſio. Putatiue fateor loquitur Ieronymus quantum ad id quod ait ſe arbitrari, Iudę ſcriptum principio fuiſſe in Matthęo, ſed errore librariorum fuiſſe deprauatum. At quantum ad reliqua, quis niſi cæcutiens non videat eum aſſeuerare. Nam dicit in hebraico Iudę legi, & cauſam quoque dicti ſui aſſignat. Et ſi opinatiue locutus fuiſſet Ieronymus, cur iſte pari modo locutus non eſt? Cur oppoſitum aſſerere voluit? At dicit capere Iudeam, non vt Ieronymus cœpit, pro tota regione Iudeę, ſed pro portione Iudeę. Quærimus vnde id probat, quod ſine cauſa aſſerit? Vbinam precor inuenit Iudeam ſumi dū taxat pro illa tribu, in qua erat illa bethleem Iudę, in qua natus eſt Chhriſtus? Afferat ſi poteſt locum. Cur igitur ſine cauſa diſceſſit a Ieronymo? immo & ab ipſo hebraico, in quo teſte Matthæo ſic habetur. Et tu bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Quo ad alteram autem mutationem in eodem capitulo factam, ſatis demirari temeritatem eius ne queo, qui auſus ſit verba non ſolum mutare, ſed etiam de ſuo pernicioſe addere. Etenim cum tralatio communis habeat, & mittens occidit omnes pueros, & cætera. Addidit has duas voces miſſis ſatellitibus. Cur hoc præſumpſit? Dicit in græco haberi apoſtolos quod homines cum mandatis miſſos ſonat. Quærimus imprimis ab eo an codices græcanici, quos vidit, ſint adeo veri, certi, & autentici, vt fides indubia ſit eis tribuenda? Hoc ſi dicat, prorſus inſanit. Probauimus enim in ſuperioribus ex Origene, Ambroſio, Ieronymo, & Auguſtino, codices græcos fuiſſe corruptos. Quomodo igitur potius eis credendum eſt, quam bibliæ commu-

ni per eccleſiam probatę,de qua nullus niſi hęreticus dubitare auſit? Si dixerit non eſſe ſibi curæ an certi ſint codices græci,ſed ſolum voluiſſe exprimere quid haberetur in græco,dicat quid prodeſt eccleſiæ ſcripturas vertere incertas,& dare anſam de tralatione communi,quæ certiſſima eſſe debet,addubitandi? Deinde ſi verbū grę cum exprimere volebat,cur loco vnius dictionis græcę duas poſuit,cum per vnā potuiſſet effici? Si propter elegantiam dicat ſe feciſſe,iam ſatis huiuſmodi elegantiā a ſacris literis eſſe alienā, prorſuſq; reiicienda confecimus. Porro nihil fuit addendū,quod ſcripturæ ſacræ authoritatē redderet vacillantē. At contrarium fecit iſte. Etenim cū nō omnes qui a principibus mittuntur ſint ſatellites,& forte ab Herode miſſi non ſatellites,ſed veredarii,aut alii miniſtri fuerūt qui edicta crudelia ferrēt,cur ſpeciatim poſuit ſatellites? Deniq; vel id quod addidit & corpori(vt ita dicam)ſcripturæ diuinę inſeruit,ſit fide firma prorſuſque indubia tenendū,vel non,ſed opinatiue duntaxat. Si primum dixerit,prorſus inſanit. Quis enī tenetur indubie credere miſſos fuiſſe ſatellites ab Herode,qui tantum nephas exequerentur? Quid ſi vnus duntaxat miniſter miſſus ſit? Sed fingamus plures miniſtros fuiſſe miſſos,& eos quidem ſatellites,quis tamen ita demēs eſt vt aſſerat id velut catholicum neceſſario eſſe credēdum? Cur igitur catholicæ ſcripturæ,quę omni parte & loco veriſſima ac certiſſima eſſe debet,id ab eo additum eſt? Sin dederit alterū,igitur aliquid erit in ſcriptura diuina,quod erit probabile duntaxat, quod inquam opinatiue.ſeu dubitatiue credi poterit. At hoc dicere prorſus falſum immo & hæreticum eſt,& ſacrę quoque ſcripturæ contumelioſum, vtpote quod eius detrahat authoritati,quæ vbique ſolidiſſima, certiſſimaque eſſe debet. Ergo mi lector quid cōducant huiuſmodi tralationes pluſquam inſanę,diligenter expēde,& additiones,quas iſte tralatiſta præſumptuoſe nimium addidit,cum hac,quam improbauimus pariter reiice. Etenim hæreſim plane redolēt. Denique quid prodeſt poſuiſſe ibidem ſuſtulit oro occidit? Quis neſcit ſuſtulit verbum eſſe ambiguum? cur igitur poſuit illud? Dicit ipſum verbum occidit etiam eſſe ambiguū. Occidit(inquit)qui interficit,occidit, qui vehementer moleſtus eſt. Aegregia ſcilicet euaſio,immo ridicula reſponſio. Certum enim eſt occidere quādo actiue ſumitur paſſim pro communi vſu capi pro interficere, & ſi quando capiatur pro moleſtum eſſe, hoc non eſt ſecundum primariam vſitatamque verbi ſignificantiam. Igitur nullam facit ambiguitatem, cū verba ſecundū propriā vſitatāq; ſignificationem ſumēda ſint,niſi luculenter cōſtet, aliter ea capi debere. Age vero ſi occidit verbū ſit ambiguū, cur tñ in aliud,quod ſine controuerſia ambiguum eſt mutare voluit? pręſertim cum occidit,longe vſitatius ſit quam ſuſtulit? Vide quā ſibi conſtet. Mutauerat prius locū illum. Ecce virgo in vtero habebit ad tollendam,vt dicebat ambiguitatē,& nunc verbū ſuapte natura nō ambiguum vertit in verbū per ſe ambiguū,& paucis cognitū atq; vſitatum. Si in aliud volebat mutare,non obſecro erit verbum in lingua latina non ambiguum,in quod fieret mutatio? Vides hominis & cōſtantiam & prudentiā. Sed adhuc quædā afferamus. ¶ Biuſdē Matthæi capite tertio,vbi tralatio communis habet,pœnitentiā agite, hic tralatiſta vertit,pœniteat vos. Sed quid obſecro cauſę fuit mutare quod & latinū,& ab omnibus doctoribus ſub eadem forma ſempę citatum eſt,& citatur quoq; iugiter paſſim ab omnibus. Quis ferat mutationem huiuſmodi,penitus ſine cauſa factam? pręſertim cum aliis in locis ſacræ ſcripturę ſimilis loquendi modus paſſim habeatur,vt eſt illud. Anima quę iurauerit. &c. agat pœnitentiā pro peccato. Leuiti quinto. Item,vniuerſus iſrael valde doluit, egitq; pœnitentiam. Iudicum. xxi. Itidem & orantes in loco iſto,pœnitentiam egerint,Tertii regū octauo. Similiter & egit pœnitentiam valde coram deo patrū ſuorū. Secundi Paralipomenon. xxxiii. Item, audite quęſo ſermones meos,& agite pœnitentiam. Iob. xxi. Et rurſus ago pœnitētiam in fauilla & cinere. xlii. Denique ſupra trigeſies ſacris in literis ſimilem modum ſermonis inuenies. Cur igitur iſte metaphraſtes auſus eſt hoc immutare,præſertim in aliud hactenus eccleſiis inauditū,quod & ambiguitatem quādā efficit? At dicit ſe ſperaſſe ex hac re non parum lucri acceſſurum lectori. Hui ridiculum Quid obſecro emolumenti poteſt inde accedere? Immo quid turbationis & confuſionis non inde proficiſci poteſt? cū varietas citra cauſam facta,potius confundat,q̄ iuuet,vt docet experientia. Sed forſitan dicit varietatē lectionis authore Auguſtino nō parū facere ad intelligentiā ſcripturę. Quærimus ab eo vel Auguſtinus eſt intelligēdus in his,quæ & certa & aperta ſunt? an in his duntaxat quæ obſcura ſunt & ambigua? Certe de primis intelligi ſane nō poteſt,quādoquidē minime opus eſt ea quę aperta ſunt aperire,& quę ſunt clara illuſtrare. Si de ſecūdis capiatur,quid ſi habeatur probata explanatio quę ſufficienter id quod vel obſcurū,vel ambiguū eſt,luculenter ediſſerat? Nunquid frangendū erit caput in varietate codicū euoluēda? Nunquid erit propterea faciunda recens interpretatio? Minime quidem. Etenim ſi multæ fiant nouæ tralationes,ſi quando inter ſe diſſonabunt(vt aſſolet)longe maior labor, maiorque difficultas erit inuenire, qui doceat cui ſit potius adhærendum, quam explanationes,quę paſſim habentur lectitare. Ergo inſanum eſt propterea nouam feciſſe editionem,cum ſtultum ſit longiore via maiorique diſ-

ficultate quicquam quęrere,quod minori facilioríque diſpendío aſſequi poſſis. Nō igítur deinceps quærat íſte paraphraſtes effugium huiuſmodí,quandoquídem Auguſtínus ſane intellectus nihil ei ſuffragatur,quí íntelligendus eſt pro tempore,quo hæc dícebat, quādo ſcílícet tralatío communis nō ſatis decēter emendata habebatur, & multa quoque obſcura,& ignota ſigna erant,quorum cognitio non poterat alíter quam per ínſpectionem díuerſarum tralatíonum ſatís haberí. At hoc tempore longe alíter res habet. Itaque pœnitētiā agat,quod rem íta temerarıam atque ínutilē attentarít. Faciat quoque dignos fructus pœnitentię,quí ſcílícet deceant pœnitentē, non autem pœnítentíam. Propterea quod capíte ſequentí vertít ſyderatos pro lunatícis. Puto eum,cum talía meditaretur,lunaticum fuíſſe ſeu lunā(quod dící ſolet)habuíſſe ín capite. Et quíd neceſſe erat verbum vſitatíſſimum aufferre,& ponere ínuſitatum? At dícit hoc ſe feciſſe explicandí gratía. Dignā explicatiōnē? Quís neſciat vocē illā lunatícis paſſim eſſe notíorem,quā ſyderatis? Nunquíd verba ínuſítata ſunt afferenda pro explanatíone eorū,quę vſitata ſunt & notíora? Deínde ſí expoſítione opus erat,nōne ſufficiebat explanatío Ieronymí alíorūq; doctorum? At dícit ſe vltro mutaſſe ín alía editione. Melíus(fateor)eſt vel tandē reſipíſcere, q̄ perpetuo in errore manere. At mutatíones huiuſmodi,quas ín díuerſís editionibus fecít apertе cōficiunt ĩprímis eū nímis pręcipitē fuíſſe ín prima editione publicanda. Conficiūt deínde nō díuíno,ſed humano(vt ínterí de malígno taceam ſpíritu,eū tralatíones ſuas feciſſe. Nihil enim eſt emēdandū quod ſpíritu ſancto dírigente effectū eſt. Stultum ígitur eſſet huiuſmodí traductíones vt díuínas atq; autentícas acceptare,quę & totíes mutatę ſunt & emendatę & adhuc emendandę ſunt, cum adhuc multa caſtigatíone dígna comperíantur. Quę cum íta ſe habeāt non vídetur ín reprehenſíone huius tralatíſtę diutíus ímmorandum cum prudens lector ex hís quæ ímprobata ſunt de relíquís ęquam facíle cenſuram facere poſſít. Itaq; receptuí canere nobís certum eſt,ſí príus tamen duos adhuc locos ex eodē Matthęo protulerímus, quorū prímus falſus eſt,quí & hęreſím redolere vídetur. Alter vero palam hæretícus eſt. Imprímis Matthæí.xí. capíte íta vertít. Gratías ago tibí pater domíne cœlí & terrę quod abſcōdíſtí hęc a ſapíentibus, & prudētíbus,& reuelaſtí ea ſtultís. Vbí pro cōfiteor gratías ago,& pro paruulís poſuít ſtultis. Et prímū quídem falſe tranſtulít, cum verbū gręcum íbí poſítum,non ſígnificet gratías ago,ſed cōfiteor,vt interpres bíblíæ cōmunis vertit. At teſtatur íſte tralatíſta, ídeo vertiſſe, gratías ago,quo dílucídíor eſſet ſermo hís,quí latíne tantum norūt. Itaque ſenſum(vt aít(dílucídíus reddídít, ac propterea non ímpro-

prie vertit. Verum hæc euaſío non facít eum ſatís ímmunem a vícío temerítatís. Imprímis non ſunt mutanda omnía,quæ obſcuritatem habent ſacrís ín líteris . Alíoquí pene ínnumera eſſent mutanda. Addo quod nō citra cauſam multa obſcure dícta ſunt vt, ſcílícet homo ín eís íntelligendís exerceretur, & gratíora eſſent, quæ labore inuētaforent,quemadmodū aít Auguſtínus de doctrína xp̄iana. Deínde cum locís pene ínfinítís verbum íllud cōfíteor, ponatur pro laudare(nam plus quam ſexageſíes confiteri pro laudare ſacrís ín líteris reperítur)opus eſſet infinita mutare. At íllud abſurdum eſt. Sed quænam cauſa eſſet huius mutatíonís? cum ex aſſíduo vſu ſatís notum ſit quíd ſíbí velít verbum ípſum,vtpote quod ſæpius cātatur in eccleſíís. Quod ſí non ad proprietatē vocis,ſed ad ſenſum aſpícíebat,potíus laudare dícere debuít,quam gratías agere . Nā longe frequentíus confiteri pro laudare ponítur,quam pro gratías agere. Qua ín re aduertendum confiteri ſacrís ín líteris quadrífariam accípi ſolore. Alíquando vt eſt profiteri,quo modo capítur Matthęi ſeptímo. Cōfítebor eis,quía non nouí vos. & Marcí octauo. Quí me confeſſus fuerít coram hominíbus,confítebor & ego eum coram patre meo. Interdum vero vt eſt gratías agere, quomodo capi poteſt Danielís ſecundo. Confíteor teque laudo. Alíquoties vt eſt accuſo, maxíme cum de peccatís agítur,quo modo capítur Iacobí quínto, cum dícítur. Confitemíní alterutrum peccata veſtra . Deníq; vt eſt laudare. Prímí tamen duo modí non íta frequentes ſunt,quamuís nonnullís ín locís reperíantur. Duo vero vltímí modí ſunt frequentíſſímí. Confiteri enim pro laudare ín pſalmo círcíter quadrageſíes ínuenies,ín alíís autem locís frequentíſſíme . Nā & ín præſentí loco etiā pro laudare capítur,quamuís& conſequenter & pro gratías agere capí poſſít eo modo quo Ieronymus expoſuít. Quod autē pro laudare ín præſentí loco deſumatur, teſtís eſt Auguſtínus,quí de verbís domíní ín euangelío ſecundum Matthæum ſermone octauo exponens íllud cōfíteor tíbí pater,ſic aít. Sí cōfíteor Chriſtus dícit, a quo longe eſt omne peccatum,non ſolíus eſt peccatorís, ſed etíam laudatorís. Confitemur ergo ſíue laudātes deum,ſíue accuſantes noſípſos. Pía eſt vtraque confeſſío,ſíue cum te reprehendís,quí nō es ſíne peccato,ſíue cum íllum laudes,quí non poteſt habere peccatum. Et rurſus. Dominum ergo attende confitentem. Cōfíteor tíbí domíne pater cœlí & terrę. Confíteor tíbí laudo te,non accuſo me . Et íterum quíd confiteor? In quo te laudo? Hæc enim confeſſío(vt dixí) laudē habet. Hæc Auguſtínus. Non fuít ígitur cur verbum ípſum mutaretur. Quod autem ſtultís poſuít pro paruulís,longe ineptíus eſt, vtpote quod ímprímís aduerſatur Auguſtíno,quí ſermone íam cítato ex-

ponens illud, Quia abscondisti hęc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, sic ait, Quid est hoc fratres? A contrario sensu intellige. Abscondisti hæc, inquit, a sapientibus, & prudentibus, & non dixit reuelasti ea stultis & imprudentibus, sed ait, abscōdisti quidem a sapiētibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Sapiētibus & prudētibus irridendis, arrogātibus falso grādibus vere autē tumentibus opposuit non sapientes, non prudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? humiles. Et paulopost, Ergo abscondisti nō paruulis. Quid est nō paruulis? nō hūilibus. Quid est non humilibus, nisi superbis. Ex his enim Augustini verbis patet stultis non esse hoc loco dicendum. At dicit sciolus iste. Quemadmodum sacris in literis anceps est sapientia, ita est & stultitia. Hoc falsum est. Neutra enim vox anceps est, sed sapientia per se in bonam, stultitia vero in malam partē semp capitur, nisi peculiariter id facere ipellat necessitas, puta quia aliter sequeretur absurditas, nisi a propria significantia recederetur. Itaque si stultitia capitur interdū in bonam partem, hoc indicat vel dictio aliqua adiūcta, vel contextus verborum. At vero cum hic locus, de quo agitur, decenter translatus esset, magnę fuisse stultitię aliter vertere in sensum, qui doctoribus reprobat. Sed & hæresim hoc videtur redolere, cum Christus iusserit margaritas non esse proiicēdas ante porcos. Quomodo igitur patrem laudasset, quod stultis, & tenebrosis corde archana suę sapiētiæ reuelasset? Quid enim est (ait Augustinus, vbi supra) esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? At dicit se mutasse in sequenti editione. Si mutauit, cur igitur adhuc errorem pristinum defendit stulte dicēs stultum sacris in literis accipitem esse? Sed aliud subiiciamus. ¶ Capite decimoquarto Matthæi sic vertit. Et missis carnificibus, amputauit caput Ioannis in carcere. Vt interim taceam, quod pro decollauit, ineptissime posuit amputauit, cum decollare sit verbum & latinum, & vsitatissimum, propterea q; non fuerit vllo pacto mutādum. Hoc dicam huiusmodi tralationem esse hæreticam, in qua dicit pluraliter missis satellitibus, cum ex Marco aperte constet vnum tantum fuisse missum. Etenim capite sexto ipsius Marci, qui secundum Augustinum de cōsensu euangelistarum, comes & adiunctus fuit Matthæi, hunc in modum dicitur. Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam cōtristare, sed misso speculatore precepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Quomodo igitur hic insanus tralatista quicquam de suo addere, & pluraliter vertere ausus est? Cum enim Matthæus indefinite fuisset locutus (sic enim dixit, misitque & decollauit Ioannem in carcere, & allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ). Et ex his verbis

certum nō esset anvnus vel plures missi ab Herode fuissent ad decollandum Ioannem, quomodo determinate, ac pluraliter vertere ausus est? quomodo non aduertit ad ea, quæ dixit Marcus, qui singulariter locutus est? At forte dicet Marcum ipsum non dicere plures non fuisse missos, sed speculatorem fuisse missum. O durum caput, cum nullus alius euangelista quicquam dicat, vnde quispiā suspicari possit multos fuisse missos, cur audet vel contra apertum euangelii locū vel suspicari, vel addubitare? Quod si nec suspicari quidem liceat, multos fuisse missos, cum Marcus aperte dicat vnum fuisse missum, cur ausus est aliter ponere hic tralatista? Hæc insania manifeste prodit quam sit credendum atque fidendū his dyabolicis tralationibus. Denique sunt alia quamplurima ab huiusmodi tralatista peruerse traducta, partim quantum ad verba, partim quātum ad sensum, sed hæc mihi sufficere videntur ad pium prudentemque lectorem monendum, ne talibus nugis assentiatur. Hac enim causa hæc scripsimus, simulque vt reipublicæ consuleremus, & veritati denique patrocinium præstaremus.

¶ Capite vicesimoprimo cuiusdam theologastri, qui Paulinas epistolas noua seculisque retroactis inaudita temeritate interpretari ausus est, tralatio penitus confutatur.

Caeterum, ad improbandum breuiter alium tralatistam accedamus, qui primus ausus est in Paulinas epistolas, nouam editionem moliri. Cuius si loca omnia quibus a vulgata editione dissentit, in medium afferre mens esset, & rem lectori etiam diligenti supra modum fastidiosam, inutilemque facerem, & ingēti volumine opus esset. Itaque pauca loca depromentur, quibus ostendetur eum aliqua detraxisse, aliqua vero addidisse, & demum aliqua mutasse sine causa. Quod enim detraxerit cōstat ex primo capite epistolę ad Romanos Nam vbi latina tralatio habet. Qui cum iustitiā dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, nō solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus, hic tralatista abstulit illam particulam, non intellexerunt. Sic enim vertit. Qui iustitiā dei cognoscentes, quod qui talia agunt, digni sunt morte, non solum hæc agunt, sed etiam consentiūt agentibus. Et in suis quoque examinationibus hoc quoque dicere præsumpsit. Hic vetus interpres sententiā Pauli mutauit, & quod Paulus affirmat, ille quodammodo negat. Nam Paulus habet, qui iustitiam dei cognoscen-

tes,quod qui talía agunt dígní ſunt morte,non ſolum hæc faciũt, ſed & conſentíunt agentíbus. Videre ígítur promptum eſt hanc negatíonem non íntellexerunt,invulgata editíone adiectítíam. Nã Paulus ín illa príore partícula nihíl negat,ſed affírmat. Sed quomodo íuſtítíam dei cognoſcentes non íntellexerunt,quod qui talía agunt, dígní ſunt morte? Pugnat profecto íuſtítíam dei cognoſcere,& hoc ípſum non íntellígere. Quíd enim íuſtítíam dei cognoſcere eſt, níſi legẽ dei talía vetantẽ aut ſcríptam,aut cordíbus noſtrís ínſculptam íntellígere? Et ín hac partícula,non ſolum qui ea faciunt,ſed qui cõſentíunt facientíbus,pronomẽ índefinítum quæ,bis ſuperfluum eſt. Indefinít enímvetus ínterpres,quod Paulus diffinít,íd eſt dícít índefínite,quod Paulus definíte. At quís hæc Ieronymo tríbuat? Quare hæc tota lítera tríplící obelo eſt confodienda? Hactenus ex íſto nouo tralatíſta,qui arrogantía pene íncredibílí, ímmo tartareo furore percítus,auſus eſt tot & tanta ſuæ temerítatís argumenta ín príncípío voluminís depromere. Taxat enim ſacrum Ieronymum communís tralatíonís emẽdatorem,vt ſupra probauímus, quod ſenſum mutauít,quod pugnantía díxit,quod ſuperflue addídít, Et ex hís cõfícít ęquíualenter contra communem eccleſię ſententiã Ieronymũ ípſum non feciſſe communem tralatíonem. Denique totum hunc locum,qui ín bíblía latína habetur,dícít tríplící obelo eſſe cõfodiẽdum. Cum tale exordíum vídeas mí lector,quíd de reſíduo coníícere poteris? Quíd enim facere non audeat,qui talía tam arroganter attentare præſumpſít? Et quis precor a mílle annís,níſi plane hæretícus,aut prorſus ínſanus attentauerat, & verba & ſenſum quoque bíbliæ communís,non quídem ſímplíciter,ſed ſupramodum arrogan ter,ímpudenterq; vellícare? Quís hunc ſcíolum,hunc homuncionẽ hunc philoſophaſtrum prothdolor excítauít,vt ín noſtrę gentís dedecus prímus omnium noſtra ætate tam deteſtanda portẽta euomeret? Sed eí reſpondendũ eſt,ne vídeamur eum potíus conuícíís, quã ratione confutare velle. Quod ímprímís detraxít íllã partículã,non íntellexerunt,quærímus ab eo qua authorítate hoc fecerit? An díuína? At blaſphemũ eſt ſentíre quicq̃ authorítate díuína detrahí poſſe a bíblía per eccleſíam probata. Reſtat ígítur ſua authorítate, hoc eſt ſacrílega temerítate eum feciſſe,qua íd præſumpſít, quod nullus ante eum attentauerat. Quamuís enim Orígenes tralatíoní ſeptuagínta ínterpretum ſígna addíderít ſcílícet aſteríſcos & obelos, nihíl auſus eſt detrahere,ſed nec detrahendum quícquam ſuadere. Quomodo ígítur íſte tralatíſta non ſolum arbítratur,ſed etíam cenſet íllam partículam quaſí vírgula cenſoría eſſe explodendam? Deínde omnes doctores locum íllum cítarunt,vt ín bíblía communí habe-

tur, Nam & Ambroſius ſuís commentaríís textum huíuſmodí ínſerít. Qui cum íuſtítíam dei cognouíſſent,non íntellexerũt,quoníã qui talía agunt,dígní ſunt morte. Et vt ſemel dícam, nullus author ínueníri poteſt,qui vnquam præfato loco vſus ſít abſque partícula íl la,quam ineptíſſíme detrahẽdam cenſet íſte neothericus. Deínde quod aít ínterpretem latínum ſenſum Paulí hoc ín loco mutaſſe, & quod ammodo negaſſe,quod Paulus affírmat,hoc hæretícum eſt. Síquídem ímpía hæreſís eſt dícere bíblíam latínam,quę ab eccleſía probata eſt,alíquíd contínere,quod ab euangelíſtís,& apoſtolís alííſque prímís díuínorum librorum ſcríptoríbus díſſentíat. Hoc enim eſt eccleſíam ínfamare,& ſacrę fídeí,ac fídeí catholícæ cõſequenter authorítatẽ reddere vacíllantẽ,atq; dubíã. Síquídem bíblía ípſa fídeí catholícæ baſís eſt,vt ſupra díxímus. Afferat obſecro vel vnum doctorem,qui ſecum ſentíat. Quod autem de errore ín errorem progrediens ſubíungít ínterpretem bíblię communís pugnãtía dícere, prorſus ínſanũ ab homine ígnaro ſacrę ſcrípturę dictum eſt. Níhil ením eſt díſſonantię ín íllís verbís,ſí ſane capíantur,vt decet. Etemĩ cum ín ípſo prímo capíte Paulus vícía gentílíum arguíſſet, quorum quædam ſunt contra deum, vt eſt cæcítas,& ydolatría, ex cæcítate ípſa prouenięs,alía ín ſeípſum,vt luxuría,alía demum ín proxímos, vt homícídía,ínuídię,odía,detractíones,& cętera íd genus. tandem concludít ob cœcítatem ex prędictís peccatís prouenientem nõ íntellexíſſe eos dígnos æterna pœna,qui faciunt,& qui facientíbus cõſentíunt. Et quanquam deum eſſe íuſtum cognouerint per legẽ naturæ(ſcíuerunt enim hæc deo díſplícere) tamẽ ín animo ponere noluerunt,vt aít Ambroſíus,vel certe vt exponít ſanctus Thomas cum cognoſcerent deum íuſtum,non credíderunt,quod pro peccatís pœnam ínferret,íuxta íllud Sophoníę primo. Dicũt ín cordíbus ſuís nõ faciet dominus bene,& non faciet dominus male. Ergo quamuís íuſtítíam deí vſq; adeo cognouerint,vt non negarent ea,quæ faciebãt pœna dígna,& morte,vt præfatus aít Ambroſíus, tamen ob peccata grauíſſíma obcœcatí,non íntellexerunt deum eſſe pœnam pro peccatís íllaturum,aut certe pœna ętęrna anímaduerſurum. Nec mirũ plane. Cognoſcere enim pœnam alíquam eſſe æternã peccatoríbus paratam fídeí eſt,non naturalís rationís. At vero notítíam fídeí mínime habuerunt,ſed nec habere quídem meruerunt,propter deteſtãda peccata,quæ ſí non admíſíſſent,& feciſſent,quod ín ſe eſt,eã profecto díuínítus accepíſſent. Hunc locum pulchre edíſſerens díuus Bruno Cartuſíanorum prĩceps,hoc pacto ínquít. In hís omnibus gẽtíles pro præmíſſís peccatís punítí ſunt. Sed quía necdum per hæc pœnítuerunt præcípítatí ſunt ín alíud malum,vt excæcatí promít-

terẽt ſibi impugnitatem peccatorũ. Vnde ſic ait. Qui gentiles excæcati non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, vt prędicta ſunt, digni morte æterna, hoc modo non intellexerunt, cum prius naturaliter cognouiſſent iuſtitiam dei, qua cognitione priuati dicti ſunt, quia inde ſuperbierunt. Hæc pater Bruno. Itaque ſiue dicatur ipſos gentiles prius cognouiſſe deum iuſtum, ſed poſtea ita cæcatos fuiſſe, vt non intelligerent talia deo ingrata eſſe, cum tamen antea intellexiſſent, ſiue dicatur eos nõ ita cęcatos, quin vtcũq; intelligerent ea deo diſplicere, ſed tamen ad pœnam peccatorum minime aduertere, ſeu in animo ponere voluiſſe, ſiue denique dicatur eos non intellexiſſe deum eſſe pœna æterna puniturum (quod magis puto) nihil eſt diſſonantiæ præfatis in verbis. Quapropter iſte nouus tralatiſta impię diſſonantię calumniam impingit interpreti latino, quem & ſuperfluitatis ineptę ac temerarię arguit, quia nihil ibi ſuperflue poſitum eſt, quemadmodum ex ſuperioribus conſtat. Non eſt igitur tota litera triplici obelo confodienda, vt peruerſus iſte ſomniator cenſet, ſed e diuerſo tralatio eius tota cum ſuis dyabolicis examinationibus eſt centuplo obelo iugulanda, immo & igne ſulphureo exurenda. Siquidem non ſolum errores, ineptias, ac temeritates quamplurimas in eis ponit, ſed etiam frequentiſſime blaſphemiam Paulo impingit, vt puta qui dicat Paulus, Paulus, cum tamen Paulus multa ex eis minime dixerit, ſed nec ſõniauerit quidẽ. Verũ codex eius greca nicus totus carioſus, fumoſus, corruptus, & mẽdis refertus, illa habet, quæ profecto nõ debuit Paulo aſcribere, nec ſub noĩe Pauli vulgare. Sed tranſeamus ad aliud. ¶ Eiuſdem epiſtolæ ad Romanos capite octauo, vbi cõmunis tralatio habet, quis accuſabit aduerſus electos dei, hic tralatiſta vertit hoc modo. Quis eos accuſabit, qui aduerſus electos dei ſunt? Vbi non ſolũ apoſtoli verba mutauit, & contra ſenſum eius tranſtulit, falſo putans ea quę ibi ſequũtur interrogationes ſcilicet deus qui iuſtificat, Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, eſſe reſponſiue, affirmatiueque capienda, quod falſum eſt. Verum vt oſtendatur quam impie, ac præſumptuoſe fecerit mutationẽ præfatis in verbis, imprimis afferatur Ambroſius, qui ſuis in commentariis textum ſimilem inſeruit, & ita explanauit. Neminem audere nec poſſe iudicium & pręſcientiã dei in nobis retractare apertum eſt. Quis eſt eñ qui poſſit hęc quæ deus probat, improbare, cũ nemo ęqualis ſit deo? Et ſubdit. Nemo eſt alius, qui quod probat deus, arguat. Aut ne forte ipſe nos deus accuſet, ſed non poteſt quos iuſtificat accuſare. In his enim verbis non fit mentio de his qui accuſant aduerſarios electis dei, ſed interrogatur quis acccuſabit aduerſus electos dei. Et cum ſubditur, deus qui iuſtificat, palam eſt ex Ambroſio, non poſſe id af-

firmatiue intelligi, quia vt ait non accuſat deus electos ſuos. Itidem Auguſtinus circa principiũ libri tertii de doctrina chriſtiana agens de ambiguis diſtinctionibus & pronunciationibus vtitur eodẽ textu, qui in biblia habetur, & quomodo ſit intelligendus aperit, cum ait in hunc modum. Niſi enim fides reuocet, qua credimus deum nõ accuſaturum aduerſus electos ſuos, & Chriſtum condemnaturum electos ſuos poteſt illud ſic pronũciari. Quis accuſabit aduerſus electos dei? vt hanc interrogationem quaſi reſponſio ſubſequatur, deus qui iuſtificat. Et iterum interrogetur, Quis eſt qui condemnet? Et reſpõdeatur. Ieſus Chriſtus, qui mortuus eſt. Quod credere quia dementiſſimum eſt, ita pronunciabitur vt præcedat percunctatio ſequatur interrogatio. Inter percunctationem autem, & interrogationem hoc veteres intereſſe dixerunt, quod ad percunctationem multa reſponderi poſſunt, ad interrogationem vero aut non, aut etiam. Pronunciabitur ergo ita, vt poſt percunctationem, qua dicimus, quis accuſabit aduerſus electos dei, illud quod ſequitur, ſono interrogantis enuncietur, deus qui iuſtificat? vt tacite reſpondeatur, nõ. Et item percunctemur, quis eſt qui cõdemnet? Rurſuſque interrogemus, Ieſus Chriſtus, qui mortuus eſt? magis autem qui reſurrexit, qui eſt in dextera dei? & interpellat pro nobis, & vbique tacite reſpondeatur, non. Hactenus ex Auguſtino, cuius verba palam conficiunt non eſſe id loci intelligẽdum vt tralatiſta iſte cenſet, nec quicquam addendum, ſed omnia interrogatiue legi, & reſponſionem negatiuam ſubaudiri debere. Aſſentitur ſatis Bruno cartuſianus ſuper Paulum, qui locum ipſum exponens, hoc pacto ait. Dyabolus vult accuſare, ſed nõ poteſt, deus aũt poteſt, ſed nõ vult. Deus enim eſt qui iuſtificat. Quis eſt etiã qui condemnet electos dei? Sathan quidem cõdemnare vult, ſed nõ poteſt, Chriſtus quidem poſſet, ſed non vult, quod ex eo palam eſt, quia Chriſtus Ieſus eſt, qui mortuus eſt pro nobis, nec hoc ſolum, immo qui etiam reſurrexit, vt & nos reſurgere faciat, qui etiã eſt ad dexteram dei, vbi & nos ſecum collocabit, qui etiam interpellat pro nobis vbi eſt in dextera patris, qui omnia pro nobis fecit, & facit, credẽdum eſt quod nos cõdemnet? Aſtipulatur præfatis ſanctus Thomas qui præſenti loco epiſtolarum paulinarum pręmittens nullam accuſationem poſſe eſſe ſanctis dei nociuam, & hoc ratione diuinæ electionis, ait hoc pacto. Qui accuſat, improbat eum, quem accuſat. Non eſt autem alicuius accuſationem contra dei approbationem & ideo dicit. Quis accuſabit, ſcilicet efficaciter aduerſus electos, id eſt aduerſus eos, quos deus elegit. Et ſubdit. Deinde cum dicit, Chriſtus Ieſus excludit obuiationem. Poſſet aliquis timere ne a Chriſto Ieſu aliquis accuſaretur, & condemnaretur tanquam tranſgreſſor man-

dati ipſus Chriſti,& ideo dicit Chriſtus Ieſus, quaſi dicat. Nunquid Chriſtus Ieſus accuſabit aduerſus electos dei, vel etiam eos condemnabit? Et oſtendit quod non. Hęc Thomas. Poſſent afferri alii expoſitores, qui idem ſentiunt, ſed prædicti ſufficiunt. Quibus omnibus animaduerſis aperte conſtat non hic agi de accuſatione eorum, qui aduerſantur electis dei, ſed interrogatiue agi de accuſatiõe aduerſus electos, & ideo tralatiſtam iſtum inepte, ac perperam verba, ſenſum que Pauli mutaſſe. ¶ Sed afferamus de ipſa Pauli perſona (vt ita dicam) vel duos locos, in quibus iſte tralatiſta peruerſe traduxit, quorum vnus eſt ad Galathas ſecundo, de reprehenſione, quam fecit Paulus in petrum apoſtolum. Sic enim vertit. Cum autem venit petrus Antiochiam in perſona ei reſtiti, quia deprehenſus erat. Aduerte lector quantas fecerit mutationes paucis in verbis. Pro cephas poſuit Petrus. pro faciem, perſona, pro reprehenſibilis, deprehẽſus. Et quis obſecro tam modeſtus eſt. qui poſſit ęquo animo has mutationes ineptiſſimas ferre? Quod eñ hic locus ſit ab interprete decenter tradu ctus, patet imprimis ex Euſebio, qui libro primo eccleſiaſticę hyſto riæ de Clemente agens hunc in modum ait. Clemens vero in quarto diſpoſitionum libro, cephæ mutationẽ facit, de quo Paulus dixit. Cum autem veniſſet cephas Antiochiam in faciem ei reſtiti, & dicit eum vnum eſſe ex ſeptuaginta diſcipulis cognitione Petri apoſtoli. Vides lector vt cephas hoc in loco habeatur, adeo quidem vt ipſe Clemens inde ſumpſerit cauſam erroris, putans cepham nõ eſſe apoſtolum Petrum. Et quanquam Ambroſius ponat Petrus, nihil obeſt. Secutus enim eſt codicem, quem tunc habebat. Nam & Ieronymus in commẽtariis ad Galathas dicit eum modo petrum, modo cephã vocatum fuiſſe. Idem enim ſignificant Petrus, & cephas. Itidẽ quãuis textus Ieronymi, qui commentariis eius inſertus eſt, habeat Petrus, tamen poſtea Ieronymus ipſe cephas ponere maluit, quandoquidelicet nouum emendauit teſtamentum. At vero omnes ponunt in faciem, quapropter ridiculum fuit illud mutare, præſertim cum græcum verbum proſopon, quod hic ponitur, non ſignificet perſonam, vt vulgus certe capit. Itaque legendum eſt in faciẽ. Quod exponens Ambroſius ait. Quid eſt hoc niſi in præſenti ei contradixi? Itidem omnes textus dicunt, ſeu habent, reprehenſibilis, dempto textu Ambroſiano, in quo reprehenſus ponitur. Quapropter ſtultũ fuit mutando verbum, mutare & ſenſum, & ponere deprehenſus, pro reprehenſibilis. Et quod hic agatur de reprehenſione, qua Paulus Petrum arguit, aperte conſtat ex omnibus græcis, & latinis. Imprimis cũ Porphirius ſacrarum literarum calumniator impiiſſimus inter cætera paulum apoſtolum hoc loco arguiſſet procacitatis, quod principem

apoſtolorum petrum auſus eſſet reprehendere. Origenes reſpondẽs interpretatus eſt reprehenſionem illam fuiſſe diſpenſatoriam, cuius ſententiam multi græcorum ſecuti ſunt, ſcilicet Didymus, Apolinaris, Alexander, Euſebius, Emiſenus, Theodorus, Heracleotes, & Ioannes conſtantinopolitanus, quemadmodum refert Ieronymus in epiſtola ad Auguſtinum, in qua de huiuſmodi reprehenſione agens hoc pacto inquit. Hanc autem expoſitionem, quam primus Origenes indecimo ſcromatum libro, vbi epiſtolam Pauli ad Galathas interpretatur, & cæteri deinceps interpretes ſunt ſecuti, illa maxime cauſa ſubintroducunt, vt Porphirio reſpondeant blaſphemanti, qui Pauli arguit procacitatem, quod principem apoſtolorum petrum auſus eſt reprehendere & arguere in faciem, & ratione conſtringere, quod male fecerit, id eſt in eo errore fuerit, in quo fuit ipſe, qui alium arguit delinquentem. Et rurſus poſtquam oſtendit paulum legalia obſeruaſſe, & iudæum ſimulaſſe, vt iudæos lucrifaceret, ſic ait.
Didiſcimus quod propter metum iudæorum, & petrus & paulus æqualiter ſinxerunt ſe legis pręcepta ſeruare. Qua igitur fronte, qua audacia paulus in altero reprehendat quod ipſe commiſit?
Ego, immo alii ante me expoſuerunt cauſam, quam putauerunt, nõ officioſum mendacium defendentes, ſed dicentes honeſtam diſpenſationem, vt & apoſtolorum prudentiam demonſtrarent, & blaſphemantis porphirii imprudentiam coercerent, qui petrum, & paulum dicit inter ſe puerili certaſſe certamine, immo exarſiſſe paulũ in inuidiam virtutum petri, & ea ſcripſiſſe iactanter, vel quę non fecerit, vel ſi fecerit, procaciter fecerit, id in alio reprehendens quod ipſe commiſerit. Interpretati ſunt illi vt potuerũt. Hactenus ex Ieronymo. Cum igitur ex omnibus prędictis aperte liqueat petrum a paulo fuiſſe reprehenſum, & græcos doctores de reprehenſione, non autem de deprehenſione fuiſſe locutos, & denique de reprehenſione diſpenſatoria expoſuiſſe, conficitur interpretem recte hoc loco interpretatum fuiſſe. Quod aliunde conſtat, quandoquidem græca vox hic poſita categnoſmenos reprehenſionem, non deprehenſionem ſignificat. Sed tranſeamus ad latinos. Ambroſius hoc loco exponẽs illud apoſtoli. ſi tu cum ſis Iudæus gentiliter viuis, quomodo cogis gentes iudaizare, ita commentatus eſt.
Nunc aperit cauſam reprehenſionis. Non enim aliquid fuiſſet erroris ſi præſentibus Iudæis, diſſimulaſſet a gentilibus timens ſcandalum. Sed hic tota cauſa reprehenſionis eſt, qua aduenientibus Iudæis ab Iacobo, non ſolum ſegregabat, ſe ab eis, cum quibus gentiliter vixerat, ſed & compellebat eos iudaizare cauſa timoris illorum. Vt quid horum verum eſſet, ignorarent gentiles,

hæc Ambroſius, qui quamuis legat, quia reprehenſus erat, reprehenſus, ſcilicet ab euangelica veritate, cui hoc factum aduerſabatur, tamen ex eo liquet hoc loco agi de reprehenſione. Itidem ex Ieronymi commentariis ad Galathas, ſatis conficitur hic agi de reprehenſione. Sic enim ibidem ait. Cum itaque vidiſſet apoſtolus paulus periclitari gratiam Chriſti noua bellator eius vſus eſt arte pugnandi, vt diſpenſationem petri, qua Iudęos ſaluari cupiebat, noua ipſe contradictionis diſpenſatione corrigeret, & reſiſteret ei in facie non arguens propoſitum, ſed quaſi in publico contradicens, vt ex eo quod paulus eum arguens reſiſtebat, hi qui crediderant ex gentibus ſaluarentur. Et ſubdit. Quod autem ait, reprehenſibilis erat, propterea medie temperauit, vt intelligamus non tam eum paulo fuiſſe reprehenſibilem, quam his fratribus, cum quibus ante edens, ſe ab eis poſtea ſeparabat. Porro diuus Auguſtinus Ieronymo adſtipulatur, quantum ad id, quod dicit paulum reprehendiſſe petrum, nec inter eos vlla eſt contentio, quo ad reprehenſionis verbum, quo vterque vtitur multis in locis, ſed quantum ad qualitatem reprehenſionis. Nam Ieronymus putauit petrum non peccaſſe, ſed ſimulationem eius fuiſſe diſpenſatoriam, vt Iudæi, qui crediderant, ſaluarentur. Bene enim ſenſit petrus de abolitione legis Moſaicæ, ſed ad ſimulationem obſeruandę eius timore compulſus eſt.

Auguſtinus vero dicit petrum ipſum erraſſe, ſiue peccaſſe, pernicioſeque ſimulaſſe, & reprehenſionem non fuiſſe diſpenſatoriam, ſed veram, qua paulus petrum reprehendit, non quia paternas traditiones obſeruauit, vel etiam quia putauerit legem eſſe ſeruandam Iudæis, qui in Chriſtum crediderant. Sed quia gentiles cogebat iudaiſare, non quidem iubentis imperio, ſed conuerſationis exemplo. Enimuero cum Auguſtinus ipſe legiſſet commentarios Ieronymi, ſcripſit ad eum, hoc pacto. Legi etiam quædam ſcripta, quę tua dicerentur in epiſtolas apoſtoli pauli, ad galathas, quas cum enodare velles, venit in manus locus ille, quo apoſtolus petrus a pernicioſa ſimulatione reuocatur. Ibi patrocinium mendacii ſuſceptum eſt, vel a tetali viro, vel a quopiam, ſi alius illa ſcripſit, & cætera. Cui reſpondes Ieronymus his verbis vſus eſt. Ergo eo tempore, quo petrus veniſſet antiochiam licet hoc apoſtolorum acta non ſcribant, ſed affirmanti paulo credēdum ſit, in faciem illi paulus reſtitiſſe ſe ſcribit, quia reprehenſibilis erat. Quibus animaduerſis temerarium fuit trāsferre deprehenſus, pro reprehenſibilis. Quod vero iſte tralatiſta dicit ſuis in cōmentariis huius duriuſculæ interpretationis vocabulū Ieronymo & Auguſtino prębuiſſe grauis altercationis fomētū quā interpretantis modeſtia aut extixiſſet aut nullā fuiſſe feciſſet, plane falſū eſt.

Nam vterque ſatis nouerat quid ſibi vellet græcum verbum categnoſmenos, neque ab eis vllo modo diſceptatum eſt, de verbi ipſius ſignificantia, ſed orta eſt altercatio inter eos, quod Ieronymus ſe ctatus græcos, & referens ea, quæ in eorum libris legerat, dixiſſet ſuis in commentariis Petrum nec erraſſe, nec vere peccaſſe. Eamobrem Pauli reprehenſionem fuiſſe diſpenſatoriam, ac ſimulatam, & tam Petrum quam Paulum timore fidelium Iudęorū exercuiſſe immo ſimulaſſe mandata, & denique Paulum eadem arte, qua Petrus ſimulabat ei reſtitiſſe in facie coram omnibus, nō tātum vt Petrum argueret, quam vt hi, qnorum cauſa Petrus ſimulauerat, corrigerentur. Cui aduerſatus eſt Auguſtinus dicens, & petrum erraſſe, in hoc, quod gentes iudaizare cogebat, & non ficte, ſed vere a paulo reprehenſum eſſe, quemadmodum verba pauli ponunt, quibus adhęrendum eſt. Sed pergamus ad aliud.

¶ Capite quinto ad Epheſios, vbi tralatio communis habet. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, vertit iſte tralatiſta, hoc pacto. Et nolite inebriari vino, in quo eſt inſalubritas. Quam vero inepte hoc fecerit imprimis oſtendi poteſt ex eo quod dictio græca aſotia, hic poſita non ſignificat inſalubritatem, ſed luxum, ſub quo & libido comprehendi poteſt. Deinde doctores omnes ita citant, vt in biblia communi habetur. Nam & hunc locum explanantes, luxuriæ verbo vtuntur. Vnde Ambroſius ſic ait. Nam vbi ebrietas, & luxuria eſt, luxuria prouocat turpitudinem. Et Ieronymus. Quomodo non poſſumus duobus dominis ſeruire, deo, & mammonæ, ſic non poſſumus ſpiritu impleri pariter & vino. Qui enim ſpiritu impletur, habet & prudentiam, manſuetudinem, verecundiam, caſtitatem. Qui vino habet inſipientiam, furorem, procacitatem, libidinem. Hoc quippe ęſtimo vno verbo ſignificare luxuriam. Itidem Auguſtinus in ſermone de ebrietate vitanda, ait. Paulus etiam apoſtolus contra ebrietatis malum nos admonet dicens. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Cum igitur doctores omnes ita vſi ſint, quomodo hic nouus tralatiſta aliter vertere auſus eſt? Sed quænam precor inſalubritas in vino eſt, cum dicatur eccleſiaſtici trigeſimoprimo. Vinum in iocunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem, ab initio. Exultatio animæ, & corporis vinum moderate potatum. Sanitas animæ & corporis eſt ſobrius potus. Et paulus iubeat diſcipulo vti modico vino propter ſtomachum & frequētes infirmitates. Et denique phiſici dicāt vinum plurimum ſalubritati conducere. Quāq; verū eſt vini ſuperfluitatē plurimum obeſſe ſolere & animę & corpori. Nā ex ſuperfluo vino generatur ſuperfluitas ſpiritus, & abūdātia humoris obſcœni, ex quibus libido prouocari ſolet.

Itidem ex nimio vini exceſſu inſalubritas, aliaque detrimenta proueníre ſolent. At propterea non fuit facienda mutatio in tralatione, quemadmodum ex prædictis aperte conſtat. Et nihilominus ab iſto præſumptuoſo quærimus, an ſacer Ieronymus in ſuis commentariis vulgatam editionem ſatis examinauit, vt par erat, an non? Si primum dederit, cur igitur aliquid vltra vel emendare, vel mutare præſumpſit? Sin alterum dixerit, nunquid obſecro ipſe ſui que ſimiles ſunt ſacro Ieronymo vel doctiores, vel diligentiores? Nunquid melius ſacras literas intellexerunt, quam ipſe Ieronymus aliique multi præcipui doctores, qui tralationem communem ſuis diuinis explanationibus illuſtrarunt? At tanta eſt iſtorum grammatiſtarum cæca præſumptio, vt putant ſe in eodem argumento diligentius, ac fœlicius verſatos fuiſſe. Qua in re dubium non eſt eos omnium arrogantiſſimos eſſe, & maxime quoque impudentes, immo & contumelioſos ſupra modum in orthodoxos veteres, ſpecialim vero in ſacrum Ieronymum, vtpote quem ex obliquo taxent quod non omnia reſtituerit, vt par fuerat.

¶ Sed huic negotio faſtidioſo finem imponentes, afferamus adhuc locum vnum, qui in epiſtola ad Hebræos, capite ſecundo habetur. Vbi enim tralatio communis ait. Minuiſti eum paulominus ab angelis, hic nouus tralatiſta auſus eſt vertere. Minuiſti eum paulominus a deo. Neque hac temeritate contentus fuit, ſed etiam præſumpſit in ſuis examinationibus (quę errorum pleniſſimę ſunt) ſuam tueri tralationem dicens hoc pacto. Vulgata editio, minuiſti eum paulominus ab angelis. Sic habet interpres Pauli. Verum id ex ſeptuaginta ſumpſit, & non interpretatus eſt, quod dicebat Paulus. Nam certum eſt Paulum hanc epiſtolam hebraice ſcripſiſſe, & in forma verbum hymnologię Dauiticæ adduxiſſe, vbi deus habetur. Ergo quod dicitur ab angelis, interpretis eſt non Pauli. Adde quod & pugnare videtur, quod omnia ſubiecerit ſub pedibus eius, & minor ſit angelis, & tota Pauli ex interpretatione ab angelis ſubruitur ratiocinatio. Non igitur recte videtur interpretatus, hæc ille, qui & longam altercationem cum quodam amico ſuo Eraſmo propterea ſuſcepit, quam ibi vide, ſi te ſomnia inepta legere iuuat. Sed & antea exponens pſalmum octauum auſus eſt dicere in hebraica tralatione haberi a deo, & recte, ſed in aliis, ab angelis, ſed perperam, & ſimili errore lapſum eſſe, qui traduxit epiſtolam ad Hebræos in græcum. Et denique orare, vt in eccleſiis legatur. Minuiſti eum paulominus a deo, & faceſſat vetus error. ¶ Cæterum, vt hanc arrogantiſſimam temeritatem confutemus, quæ totis viribus contendit nō eſſe legendum. Minuiſti eum paulominus ab angelis, ſed a deo, &

tam ſeptuaginta interpretes, quam doctores eos ſequentes erraſſe. Primum probemus ſane poſſe, immo & debere legi, minuiſti eum paulominus ab angelis, eamque ob rem, nec ſeptuaginta interpretes, nec eos ſequentes fuiſſe hallucinatos. Deinde obiectiunculas aduerſantes diluemus. Et primum quidem, illud tanquam veritati cōſentaneum eſt legendum, quod ſpiritu ſancto dirigente peculiariter translatum eſt. Atqui ſeptuaginta interpretes, ſpiritu ſancto directore, eiuſque authoritate interpretati ſunt, quemadmodum ſuperius oſtenſum eſt ſufficienter. Aliter enim putare, eſt peruerſæ hæreſi aſſentire. ¶ Deinde cum eccleſia ipſa mille quingentis annis palam cecinerit, minuiſti eum paulominus ab angelis, quærimus an ipſa hactenus errauerit, an non? Si primum dixeris, hæreticus es, vt pote qui male ſentias de ipſa eccleſia, qnæ nec maculam habet, nec rugam, quæ inquam non poteſt in his, quæ ad ſacram ſcripturam catholicamque fidem pertinent hallucinari. Si dederis alterum, qua fronte igitur contendis non eſſe cantandum, minuiſti eum paulominus ab angelis? ¶ Porro nullus vnquam doctorum dixit non eſſe legendum, minuiſti eum paulominus ab angelis, ſed ediuerſo græci, & latini omnes hactenus, minuiſti eum paulominus ab angelis, immo & ex hebræis multi dixerunt. Nec aliquis doctor afferri poteſt, qui ſuis in commentariis aliter hunc locum citarit. Athanaſius enim & Chriſoſtomus græci ita dixere. Dixere & idem Ieronymus Auguſtinus, Gregorius, & cæteri latini. Nam Ieronymus ipſe in omnibus tralationibus ſuis præterquam in ea, quę dicitur ſecundum hebraicam veritatem, traduxit minuiſti eum paulominus ab angelis Similiter ita vſus eſt in ſuis explanationibus, ſiue commētariis, quēadmodum patet ad Galathas quarto, vbi ita inſit. Quod autem ait ſicut angelum, ſicut Chriſtum Ieſum, ſuſcepiſtis me & angelis Chriſtum oſtendit eſſe maiorem, quem ſecundum diſpenſationem corporis minorem pſalmiſta cantauerat dicens. Minoraſti eum paulominus ab angelis. Denique nullibi dicit ipſe Ieronymus non eſſe dicendum, minuiſti eum paulominus ab angelis. Et quanquam in expoſitione ſuper pſalmum octauum, ita adnotauerit in hebræo, pro eo, quod eſt, ab angelis, qui dicuntur malachin, deum habet, hoc eſt heloin, non tamen conficitur propterea, non eſſe dicendum, ab angelis. Siquidem ſacer Ieronymus ita ſimpliciter adnotat, nec reprehenſionis verbo vtitur. Itidem diuus Auguſtinus exponens ipſum pſalmum octauum aſſentitur, cum ait.

Filius igitur hominis primus viſitatus eſt in ipſo homine dominico nato ex Maria virgine, de quo propter infirmitatem carnis, quam ſapientia dei geſtare dignata eſt, & paſſionis humilitatem, recte di-

citur. Minuisti eum paulominus ab angelis. Sed additur illa clarificatio, qua resurgens ascendit in cœlum. Gloria, inquit, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, quandoquidem & angeli sunt opera manuũ dei, etiam super angelos constitutũ accipimus vnigenitum filium, quem minutum paulominus ab angelis per humilitatem carnalis generationis, atq; passionis audiuimus & credimus. Omnia, inquit, subiecisti sub pedibus eius. Nihil excipit, cum dicit, omnia. Et ne aliter liceret intelligi, sic apostolus credi iubet, cum dicit, excepto eo qui ei subiecit omnia. Et hoc ipso huius psalmi testimonio vtitur ad hebręos cum ita vult omnia intelligi esse subiecta domino nostro Iesu Christo, vt nihil exceptum sit. Hæc Augustinus. Cui consentiens Gregorius libro moralium vicesimoseptimo, dicit hoc pacto. Quid enim difficilius, quam homini in terra edito terrena & fragilia membra gestanti cœlorum alta conscendere, supernorum spirituum archana penetrare? Sed eorundem spirituum ad nos conditor venit, seque hominem sub ipsis exhibuit, sicut de illo patri per prophetam dicitur. Minuisti eũ paulominus ab angelis. Et quia inter nos, & eosdem spiritus discordantes vitæ scandalum reperit mira potentia, mirabiliori etiam pietate summa creans ima cum summis iunxit. Hæc Gregorius. Patet igitur ex doctoribus legi sane posse, minuisti eum paulominus ab angelis. Quod & alias probari adhuc potest. Illud legendum est, & quidem potius, quod habetur in tralatione potiori, probatioríque.

Atqui in tralatione potiori habetur, minuisti eum paulominus ab angelis, quandoquidẽ tralatio, quæ ita habet ab ecclesia probata est, & corpori biblię inserta, & a doctoribus sacris exposita, & deniq; cõi oim vsu recepta, cũ tñ illa tralatio, quæ habet, minuisti eũ paulominus a deo, nec probata sit, vt prorsus autẽtica, nec in biblię corpore sita, nec a doctoribus explanata, nec cõmuni vsu recepta, nec demum alicuius pene momenti, nisi ad disputandũ contra Iudæos. Etenim si hanc commoditatem sustuleris, nescio ad quid conducibilis sit nisi forte ad dandam ansam hominibus insanis, vt bibliam communẽ flocifaciant. Cum igitur hæc interpretatio contentiosa, & ad verbũ facta, vt Iudęis calumniantibus obsisteretur, minoris sit ponderis, q̃ tralatio communis, temerarium est velle id quod habetur in cõmuni explodere. Ad hęc certũ est ex Ieronymo in ipso psalmo. viii. haberi in hebræo elohin ad elohin, plurale est huius vocis hel, vt dicit magister sententiarũ distinctione secunda primi libri. Ibi eñ probare volens ex prima propositione bibliæ, in qua hebraica veritas habet heloim, diuinæ essentiæ vnitatem, & personarum pluralitatẽ sic ait. Et pro eo, quod apud nos deus dicitur hebraica veritas habet

heloim quod est plurale huius singularis, quod est hel. Cui cõsentiẽs Nicolaus lyranus in tractatu quodam contra Iudaicã perfidiam inquit heloim esse plurale huius nominis hel, vel helon. Nõ est igitur cur contendi debeat esse dicẽdum, minuisti eum paulominus a deo, cum heloim pluraliter trãsferri sane possit. ¶ Dicet forsitan aduersarius heloim non esse plurale huius vocis hel, sed esse vnum de nominibus diuinis, quod proprie deum significat. At hæc euasio minime satis est. Esto enim non sit ita, vt Magister & Lyranus asserunt, tamen apud omnes recte sentientes, hæc vox heloim apud hebręos vtrouis numero singulari aut plurali deum, aut deos declarat. Cum igitur indiscriminãter pluratiue capi queat, aut singulariter cur hoc loco pluraliter transferri non potuit. Respondet aduersarius.

Quando heloim simpliciter, & sine pluralitatis nota dicitur verti singulariter debere, cum vero sumitur cum pluralitatis nota, semper pluratiue, vt omnes dii, aut omnes deos. Verum hæc responsio friuola est, & de numero earum, quæ voluntariæ passim vocantur.

Etenim hæc vox heloim interdum capitur pluratiue sacris in literis sine pluralitatis nota, vtpote cum dicitur. In principio creauit heloim cœlum & terram. Nam catholici doctores ex illo scripturæ loco aliisque similibus probant cõtra Iudęos vnitatem essentiæ, & pluralitatem personarum in diuinis. Per verbum enim singulare creauit, ostẽditur essentiæ diuinę vnitas, per heloim pluralis numeri, mõstratur personarum pluralitas. Quod si aduersarius pertinaciter refutet perfidiæ iudaicæ astipulabitur, & vnam de potissimis ratiõibus tollet, qua doctores catholici vtuntur ad confutandam iudęorum cęcitatẽ, qui astruunt heloim, cum de deo vero dicitur, semper singulariter capi. Quorum insania confutatur ex multis sacræ scripturæ locis, in quibus heloim, vt de deo vero dicitur, iungitur verbis & adiectiuis pluralis numeri, vt Iosue vltimo. Non poteritis seruire domino quia dominus sanctus ipse, vbi veritas hebraica habet. Nõ poteritis seruire domino, quia elohim sancti ipse. Et secundi regum septimo. Quæ est autem vt populus tuus Israel gens in terra propter quã iuit deus vt redimeret eam sibi in populum, quo in loco hebraicum sic habet. Quis est vt populus tuus Israel gens in terra, propter quam iuerunt elohim ad redimendum sibi populum. Ex quibus aliisq; id genus permultis conficitur elohim dici de deo vero non solum singulariter, vt falso putant iudęi, sed etiã pluratiue. Sed probemus adhuc elohin etiam sine pluralitatis nota capi pluraliter, & non solum pro vero deo, sed etiam interdum pro aliis diis, aliquando pro iudicibus, nonnũquam vero pro angelis. Dicitur enim genesis capite tertio. Eritis sicut dii. vbi hebraicũ habet. Eritis sicut elohin. Ecce vbi

heloin ponitur pluratiue,& tamẽ nulla nota pluralitatis hoc efficit. ſiquidẽ verbũ illud eritis,nõ refertur ad elohin,ſed ad Adã & Euam. Deinde exodi capite viceſimoprimo,ita habetur. Offeret eum dñs diis. Et capitulo ſequẽti. Dñs domus applicabit ad deos & infra ad deos vtriuſq; cauſa perueniet. Et rurſus,diis non detrahes. In his em̃ locis habetur heloim hebraice,iudiceſque ſignificat, & tamen poni tur ſine pluralitatis nota. Item pſalmo octauo. Minuiſti eum paulo minus ab angelis,& pſalmo nonageſimoſexto. Adorate eum om nes angeli eius,& pſalmo centeſimo triceſimooctauo. In conſpectu angelorum pſallam tibi. In his enim locis hebraice ponitur elohin, ſine pluralitatis nota,& tamen capitur pluraliter,angeloſque ſigni ficat. Quapropter falſum penitus eſt quod aduerſarius, & audenter nimis,& impudenter aſſumit. Quod autem pſalmo nonageſimoſex to habeatur. Adorate eum omnes angeli eius, probatur ex tralatio ne communi. Probatur & ex Ieronymo in pſalterio ſecundum he braicam veritatem,in quo ſic habet. Adorate eum omnes angeli. Et ſimiliter ex pſalterio per eũ explanato,in quo ſic vertit. Adorate eũ oms angeli eius. Et ſubdit in expoſitione,annunciate res regni il lius. Item quod pluraliter elohin capiatur,etiam ſine nota pluralita tis patet ex eodem pſalterio ſecundum hebraicam veritatem,in quo ſic transfert Ieronymus. Confitebor tibi in toto corde meo, in cõſpe ctu deorum cãtabo tibi. Ibi enim certum eſt nullam pluralitatis no tam eſſe,quæ cogat elohim capere potius pluratiue,quam ſingulari ter. Sed quod ibidem de angelis intelligendum ſit, patet ex eodem Ieronymo,in pſalterio,quod commentatus eſt,in quo ſic vertit. Et in conſpectu angelorum pſallam tibi. Et poſtmodũ ſic expoſuit. Vide perfectionem pœnitentis,quia poſt confeſſionem,& pœnitẽ tiam cum angelis mereamur pſallere. Quibus animaduerſis mirum eſt cur iſte ſciolus contendit eſſe legendum. Minuiſti eum paulomi nus a deo,& non eſſe legendum,minuiſti eum paulominus ab ange lis,cum Ieronymus nullibi dicat elohin ſignificare duntaxat deũ ſin gulariter,immo ex dictis eius conſtat interdum pluratiue capi, etiã ſine nota pluralitatis,nec ſolum pro deo vero,ſed etiam pro angelis, vt probatum eſt. Denique cum aduerſarius dicit non eſſe legendum minuiſti eum paulominus ab angelis, querimus an ſit tenẽdũ quod ait vt verum,certũ,& catholicum,& quod paſſim canitur ſit repro bandum,vt falſum ſiue erroneũ. Si dixerit idipſum quod aſſerit ve rum eſſe & catholicum,& ediuerſo quod paſſim canitur eſſe falſum ac reprobandum,percontamur rurſus,quis ante eum lectionem ec cleſiaſticam damnauit? quis ediuerſo declarauit eſſe dicendum mi nuiſti eum paulominus a deo? quæ inquam ſynodus generalis hæc

diffiniuit? At dicit aduerſarius in hebræo ita haberi,& Ieronymum quoque dicere. Minuiſti paulominus a deo. Rurſum quærimus, eſt ne alia probatio ad reprobandum communẽ morem velut erroneũ atque importabilem. Si habetur,proferatur in medium. Si non ha betur,iam ſatis oſtendimus probationem huiuſmodi minime ſuffi cere ad aſtruendum quod aſſerit, & reprobandum quod eſt proba tiſſimũ,& probatiõe digniſſimum,& a nullo denique reprobatum. Et quanquam dicta ſatis eſſe debent ad aduerſarium confutandum, nihilominus adhuc rem proſequi iuuat,vt magis,ac magis refellat. Imprimis,nullus probatus author reprobauit communem ritũ, ſed nec improbare quiſquam poteſt. Siquidem elohin, quod in hebræo ponitur,& ſingulariter,& pluraliter verti poſſe omnes recte ſentien tes fatentur,vt ſufficienter oſtendimus. Deinde Ieronymus non re probat,minuiſti eum paulominus ab angelis, aut locum afferat ad uerſarius ipſe. Sed nec ex ſcriptis ipſius Ieronymi ſufficienter id con fici poteſt. Non enim ſequitur Ieronymus dicit in hebręo haberi elo him igitur non eſt dicendum,minuiſti eum paulominus ab angelis Hoc enim conſequiũ ex illo antecedente confici nequit. Nam vtrũ que legi poteſt,cum alterum alteri non repugnet,ſed ſimul conſen tire poſſint,ſi ſane capiantur. Alioqui cur Ieronymus non emenda uit tres tralationes,in quibus vertit,minuiſti eũ paulominus ab ange lis,ſi dici ſane nõ poſſet? Sed & ſi mutandus eſſet preſens locus,e adẽ ratione infinita pſalterii loca eſſent imutanda,quandoquidem inter tralationem, quæ dicitur ſecundum hebraicam veritatem, & alias tres a Ieronymo elaboratas,infinitæ ſunt diſſonantiæ. Sed cur relin quetur cõis,& probata,& ſume tur in vſum ea,quæ nec dum probata eſt,certe vt prorſus autentica? Porro ſi nõ liceat dicere, minuiſti eũ paulominus ab angelis,græcę tralationes omnes falſæ erunt, ac ſu ſpectæ,quãdoquidem omnes habent,minuiſti eum paulominus ab angelis. Et quomodo precor erit ad eas recurrendum? quo inquam pacto græcis codicibus,quam latinis potius fidendum erit? quod ta men aduerſarius aſſerit. Eniuero ſi locus hic,de quo agitur falſus, & ſuſpectus ſit,eodem iure cæteri loci erũt dubii,ſiue ſuſpecti. Aut cer te det aduerſarius regulam,qua indubie diſcerni poſſint loci falſi. a non falſis,& ſuſpecti,a non ſuſpectis. Quod ſi nõ poſſit,vt nõ poteſt cur igitur cenſet,contenditque totis viribus mutationem faciẽdam & lectionem publicam deferendam eſſe. Ad hæc ſtultum eſt ſenis linguam mutare,& cornicum oculos configere velle,ſi non haben tur probationes luce meridiana clariores. Cõſuetudo enim recepta tantæ authoritatis eſt,vt inſanum ſit ei reluctari,niſi probatione cer tiſſima refelli queat. At nihil tale poteſt contra communem morẽ

impreſentiarum produci,immo ediuerſo pro communi conſuetudi ne militant rationes longe efficatiores. Sed & ſi cuncta diligentius luſtrētur profecto videbitur melius eſſe, minuiſti eum paulominus ab angelis,quam a deo,quandoquidem propoſitio illa vera eſt, hæc vero falſa,quantum certe eſt ex parte verborum. Si enim Chriſtus, de quo loquitur pſalmiſta ſit minoratus paulominus a deo,querimus vel Chriſtus inquantum deus,vel inquantum homo, paulominus a deo minoratus eſt? Si detur primum,hereticum eſt,cum Chriſtus ſit æqualis patri ſecundum diuinitatem, quemadmodum ex ſymbolo Athanaſii conſtat. Si dicatur,alterum & ipſum quoque falſum eſt. Licet enim Chriſtus ſecundū humanitatem minor ſit patre,vt ſymbolum ait,tamen non eſt paulominus eo minor,immo infinite minor eſt. Siquidem Chriſtus inquantum homo minor eſt angelis, ſi conditionem naturę ſpectes. Ipſe quoque vt homo frater noſter eſt & eiuſdem ſpeciei eſſentialis cum cæteris. Alioqui non eſſet verus homo,nec humanam aſſumpſiſſet naturam, ſed aliam ſpecie differentem,quod nepharium eſt ſentire. At vero homines cæteri a deo in infinitum diſtant. Igitur & Chriſtus ſecundum conditionem naturæ aſſumptæ,non parum diſtat a deo. Itaque propoſitio ipſa,ſcilicet,minuiſti eum paulominus a deo,quātum ad verba ipſa pertinet, falſa eſt. ¶At dicit aduerſarius,minui paulominus a deo, eſt ſuper omnia alia exaltari,& omnia alia illi ſubiecta eſſe. O ægregia, ſcilicet gloſſa,quę nihil diminutionis ſonat,cum tamen in textu duplex verbum ponatur diminutionem importans. Eſtoverū ſit Chriſtum ſuper omnia exaltatum eſſe,tamen id non eſt apta gloſſa verſiculi eius,de quo agitur,cum gloſſam ſuo textui quadrare,conſpirareque opus ſit. ¶Adde quod verba duntaxat exaltationem ſonantia,non ſatis ſunt ad explicandam pſalmiſtæ intelligentiam, vtpote cuius intentio ſit admirari ac laudare diuinam bonitatem,quæ genus humanum(quod ſecundum ſuæ naturæ cōditionem inferius eſt angelis)ſic viſitare dignata eſt in homine Chriſto,viuendo, ſcilicet ypoſtatice humanam naturam diuinę,tantaque gratiarum munera largitus eſt,vt ſuper omnem creaturam etiam angelicam Chriſtus homo exaltatus ſit. Nam Chriſtus non ſolum vt deus, ſed vt homo ſuper omnia ſublimatus eſt,non quidem ratione naturæ aſſumptæ, quæ inferior eſt angelis,ſed munere ſingularis gratię,quę ipſum omnibus creaturis longe præſtantiorem efficit. Maiorem enim ſapientiam,charitatem,gratiam,poteſtatem,authoritatem, aliaque id genus præclara,accepit Chriſtus vt homo quam angeli omnes quantūuis ſublimes. Sed & cum naturam ſibi ſociauit humanam,maiorem ei exhibuit gratiam quam angelis.

¶Amplius cum intentio pauli primo capite ad Hebræos, ſit oſtendere excellentiam Chriſti, præſertim quo ad angelos, & nulla ibi fiat mentio de exaltatione eius, vel diminutione reſpectu dei, quomodo credibile eſt paulum ipſum dixiſſe de Chriſto, quod ſit minoratus a deo? & non intellexerit potius de angelis,quibus Chriſtum quo ad exaltationem potiſſimum comparauit.
¶Denique ſi Chriſtus naturam ſumpſiſſet angelicam, vt abſolute poterat, non fuiſſet paulominus, ſed multum a deo minoratus. Quomodo igitur cum naturam humanam aſſumpſerit, recte dicetur paulominus a deo minoratus? Nalla ſane in his apparentia. Quapropter omnibus rite penſatis, dicendum eſt, minuiſti eum paulominus ab angelis, nec quicquam mutandum. Temerarium enim eſt, hæreſimque redolet quicquam mutare, & publicam lectionem, vt erroneam explodere velle.
¶At dicet aliquis in hebraico haberi, minuiſti eum paulominus a deo, quemadmodum & Dauid ſcripſit. Igitur & a Paulo ita citatum, atque poſitum fuiſſe putandum eſt. Probatur hoc conſequium ex regula, quam tradit Ieronymus multis in locis ſignanter in epiſtola ad Algaſiam, & libro decimoquinto ſuper Eſaiam, vbi dicit hoc pacto. Crebro Euſtochium dixiſſe me noui apoſtoli & euangeliſtæ, vbicunque de veteri inſtrumento ponunt teſtimonia,ſi inter hebraicū & ſeptuaginta nulla diuerſitas ſit,vel ſuis, vel ſeptuaginta interpretum verbis vti ſolitos. Sin autem aliter in hebraico, aliter in veteri editione ſenſus eſt, hebraicum magis quam ſeptuaginta interpretes ſequi. Denique vt nos multa oſtendimus poſuiſſe eos ex hebræo, quæ in ſeptuaginta nō habentur,ſic emuli noſtri doceant aſſumpta aliqua de ſeptuaginta teſtimonia, quæ non ſunt in hebræorum libris, & finita contētio eſt. Ex his enim Ieronymi verbis præfatum conſequium probatum eſt ſufficienter. Nam cum præſenti loco ſit diſſonantia inter hebraicum, & ſeptuaginta interpretes, quod in hebraico ſit, minuiſti eum paulominus a deo, & in ſeptuaginta, minuiſti eum paulominus ab angelis,fatendum eſt ſecundum præfati Ieronymi regulam apoſtolum Paulum fuiſſe ſecutum quod in hebraico habebatur,& dixiſſe, minuiſti eum paulominus a deo. ¶Huic obiectioni cum ſua probatione, quam non protulit aduerſarius(non enim ſupra incudem eius fabricata eſt) reſponderi poteſt, imprimis negando aſſumptum. Enimuero certum non eſt paulum poſuiſſe elohim, ſed fuiſſe ſecutum ſeptuaginta interpretes. Nam vt Ieronymus ait in commentariis Eſaiæ, capite ſexto. Pauli idcirco ad hebręos epiſtolę cōtradicitur,quod ad hebræos ſcribens vtitur teſtimoniis quæ in hebræis voluminibus non habentur.

Quapropter videri potest eum in hoc loco posuisse aliter quam habentur in hebræo. Dici & aliter potest. Esto paulus posuerit, vt in hebræo habebatur, nihil propterea conficí. Siquidem in hebręo habetur, minuisti eum paulominus. At vero elohim pluraliter vel certe indiscriminanter singulari pluralive numero traduci potest. Quapropter ineptum est ipsum asserere singulariter duntaxat verti debuisse. Denique dicitur regulam Ieronymi regulariter veram esse. Quæ enim obsecro regula est, quæ interdum non patiatur exceptionem. Hinc Ieronymus ipse in commentariis Esaiæ, capite sexto, tractans illud, quod refertur in actibus apostolorum. Auditu audite & nolite intelligere, & cætera quærit quare apostolus Paulus cũ hebræis disputans non iuxta hebraicum, quod rectum esse cognorat, sed iuxta septuaginta sit locutus? Et respondet Lucam euangelistam secundum veteres ecclesiæ tractatores, magis græcas literas scisse, quam hebræas. Ecce non negat Ieronymus, quin Lucas referens verba Pauli aliter dixerit, quam in hebræo haberetur.

At insanum est dicere Lucam referendo errasse vel mentitum fuisse, quapropter satis patet ex illo loco actuum apostolorum Paulum fuisse secutum ipsos septuaginta, quamuis aliter esset in hebræo. Ea de re Ieronymi regula est regulariter capienda.

¶ Sed dicit aduersarius Ieronymum trãstulisse singulariter, minuisti eum paulominus a deo. Respondetur Ieronymum hoc fecisse, vt & Iudæos calumniandi tolleret causam, & Sophronii amici voto responderet. Cõquestus enim fuerat Sophronius cum Ieronymo quod Iudæi singula pene verba psalterii calumniarentur, cum aduersum eos disputaret, ea de re Ieronymus vertit psalterium ad preces eius, eo sensu, quem Iudæi sequebantur. Cum igitur compertum haberet Iudæos capere elohim, singulariter duntaxat cum de deo vero dicitur, eamobrem singulari numero vertere voluit. Alioquí non satisfecisset amico, nec Iudæis calumniandi argumentum sustulisset.

At propterea conficere non possit aduersarius nõ esse secundum rei veritatem dicendum, minuisti eum paulominus ab angelis.

¶ Sed rursus instat & dicit. Cur interpres nõ vertit singulariter, hoc est cur non dicit, minuisti eum paulominus a deo? Cũ enim elohim inueniatur a Dauid propheta positum in psalmis bis centies septuagies quinquies, & inueniatur bis centies septuagies quater interpretatum singulari numero, deus, qua fronte in ipso psalmo octauo non etiam singulariter vertit interpres, quemadmodum in aliis locis fecerat? Respondetur eum fuisse secutum septuaginta interpretes, a quorum vestigiis non poterat non temere deuiare, cum eorum interpretatio, maxime in psalmis passim recepta esset, & ingentis, ac in-

dubitatę apud omnes authoritatis haberet. ¶ Sed quærit forte quid venit in mẽtem ipsis septuaginta interpretibus verte re, minuisti eũ paulominus ab angelis? Si certum eis erat elohim vertere pluraliter cur non dixerũt, minuisti eum paulominus a diis? An veriti sunt dicere a deo, ne plus hominum q̃ par est tribuerent, non intelligentes hunc locum non intelligi debere de simplici homine, sed de deo homine, quẽadmodũ ait aduersarius ipse? At minime hoc veriti sunt. Ita em̃ loqui vt aduersarius loquitur est contumelioſum, non solum ipsis septuagĩta interpretibus, sed etiã spiritui sãcto facere, qui eos & illustrauit & direxit. Quapropter hunc locum intellexerunt, quẽadmodum intelligendus erat, & per belle nouerunt quid sibi vellet elohim. Aliter enim dicere, insanire est. Verum quemadmodũ in aliis locis q̃ plurimis aliter verterunt, q̃ in hebraico haberet, quod authoritare spiritussancti fecisse creduntur. Ita & in hoc loco verterũt, vt spiritui sancto visum est, qui ostendere voluit Christũ secundũ naturam assumptã in se consideratã minorẽ angelis esse, & nihilominus super oms angelos exaltatã propter vnionẽ mirabilẽ, quę diuinitati vnita est ypostatice, hoc est in vnitate personę. ¶ Sed dicit rursũ aduersarius Christũ non posse dici minorẽ angelis, quandoquidem ex multis locis scripturę sacrę patet eũ esse minorẽ. De christo em̃ Ioãnes ait, qui de sursũ venit, super oms est, & pater diligit filiũ & oia dedit in manus eius. Et paulus ad Corint. inquit, oia subiecit sub pedibus eius. Et ad Ephe. primo. Cõstituẽs eũ ad dexterã suã in cœlestibus super oẽm principatũ, & potestatẽ, & virtutẽ, & dn̄ationẽ & sup̄ omne nomẽ, quod nominatur, &c. Et ad Hebr. primo. Sedet ad dexteram maiestatis eius in excelsis, tanto melior est angelis effectus, quãto differẽtius pr̄ illis nomẽ hęreditauit. Et paulopost. Cũ iterũ introduxit primogenitũ in orbẽ terrę, dicit. Et adorẽt eũ oẽs angeli dei. Ex his em̃ aliisq̃ id genus cõstat xp̃m angelis esse maiorẽ. Quomodo igitur recte dicetur minoratus ab angelis? Dicimus christum angelis simpliciter maiorẽ, & exaltatũ supra eos eẽ, & nihilominus quodãmõ minorẽ, ad sensũ psalmographi & Pauli. Qua in re aduertendũ in christo vnã esse hypostasim, siue personã, quę & diuina & humana est, sed duas naturas simul vnitas vniõe quidẽ mirabili, videlicet hypostatica. Vniũtur siquidẽ illę naturę in vnitate hypostasis, seu personæ, siue suppositi, quod in illis duabus naturis subsistit, ob quam vnionem plane mirandam, & omnes alias transcendentẽ fit cõmunicatio ydiomatum, hocest mutua prędicatorũ verificatio. Siquidem ydiomata, siue concreta vtriusque naturæ, scilicet diuinæ, & humanæ de se inuicem, & de ypostasi, siue persona in eis subsistente verificantur regulariter. Hinc Christus dicitur deus omni

potens,creator,æternus, immutabilis, incorruptibilis, & ita de aliis id genus ratione naturæ diuinæ. Itidem Christus ipse dictus est homo, corporeus,mortalis,passibilis, ambulans,comedens, dormiens, & sic de cæteris id genus ratione humanæ naturæ, quæ assumpta, siue vnita verbo diuino, seu filio dei suas ei denominationes communicauit. Ergo quia natura assumpta in se considerata minor est angelis per communicationem ydiomatum Christus ratione eius conceditur minoratus ab angelis. Vt enim dicitur corporeus, quia naturam sibi vniuit corporalem, ita dicitur minor angelis,quia naturam inferiorem angelis assumpsit.

¶Sed dicit aduersarius. Cum Christus dicitur minoratus,nō intelligitur de natura assumpta, sed de ypostasi, siue Christo domino, qui est filius dei. Nec vesatur(ait)quęstio an forma serui in ipso sit imminuta, sed an filius hominis, siue Christus. Hui,bella ratio,& ab ignaro obiecta. Quis nescit Christus esse nomē ypostasis,& pro sola persona verbi supponere, conotando tamen naturam assumptam? Ea enim sepositа Christus quidem maneret filius dei,& verbum,sed non maneret Christus, nec homo. Ergo cum dicitur christus imminutus intelligitur de ipso filio dei,seu de persona, sed per communicationem ydiomatum intelligendus est imminutus, scilicet secundum naturam assumptam, quemadmodum conceditur incarnatus,passus,mortuus, & sepultus. Hæc enim prædicata conueniunt christo ratione humanæ naturæ.

¶At dicet forte naturā ipsam assumptā in christo non fuisse immi nutam,sed angelis ipsis prælatam. Dicimus breuiter,vtiā diximus, Si natura assumpta considēretur secūdum cōditionem intrinsecam siue perfectionem sui essentialem,vel etiam secundum infirmitatē carnis,quam habuit,dum in hoc mūdoversaretur minor est angelis, si vero consideretur secūdum gratias, excellentiasque omnes ei impartitas,& maxime quo ad vnionem cum natura diuina in vnitate ypostasis, siue personæ diuinæ,quemadmodum intendit Paulus ad hebræos primo,sic longe maior est angelis.

¶Sed rursum ait. Istec pugnare videntur, christus minoratus est ab angelis,& omnia subiecta sunt sub pedibus eius. Si enim ita ei subiecta sint omnia, vt nihil non subiectum sit,quomodo imminutus est ab angelis? Hic nosse par est, quemadmodum christo subiecta sint omnia. Etenim ei quātum deo omnia subiecta sunt. Itidem ei vt homini omnia subiecta fuere a principio cōceptionis,siue incarnationis,quo ad authoritatem,sed quātum ad executionem plenam siue omnimodam ipsius authoritatis sibi datæ propter vnionem ypostaticam non omnia modo subiecta sunt, sed in futuro seculo, scilicet iudicio generali omnia subiicientur, sic quod de omnibus suam explebit voluntatem. Nec propterea conficitur quin Christus sit minoratus ab angelis ad sensum iam dictum.

¶Sed dicit,si fuerit ab angelis diminutus,igit nō maior est ipsis angelis nec omnia sunt ei subiecta, cum verba repugnent. Respondetur esse ridiculum dicere præfatas propositiones esse pugnantes. Non enim sunt contrariæ, vel contradictoriæ,quandoquidem non sunt de eisdem extremis. Sed & maius & minus non ita repugnant quin de eodem verificari queant respectu diuersorum. Maior em est angelis Christus, & nihilominus est eis minor secundum naturam assumptam in se consideratam.

¶Sed adhuc insurgit, & dicit totam Paulí ratiocinationem subrui, si dicatur ab angelis. Respondetur id falsum esse.

Quanquam enim paulus intendat ostendere excellentiam Christi, vt hoc modo nouū testamentū ostendat prestare veteri,tamen eius intentio non subruitur, si legatur ab angelis. Demonstrat (fateor)excellentiam Christi quantum ad quatuor. . Imprimis quantum ad proprietatem originis, cum dicit eum filium dei, quod intellige naturaliter, siue essentialiter. Deinde quantum ad magnitudinem, seu maiestatem dominii, cum ait eum constitutum heredem vniuersorum. Postea quo ad virtutem operationis,cum dicit per eum facta fuisse omnia. Denique quo ad sublimitatem dignitatis,gloriæ, & authoritatis, cum ait eum sedere ad dexteram maiestatis in excelsis. In quibus quidem quatuor postmodum ostendit Paulus ipse Christum angelis prestantiorem esse. At ex his omnibus non conficitur quin Christus sit diminutus ab angelis ad sensum iam dictum, scilicet propter infirmitatem, passibilitatem, & minorem dignitatem essentialem carnis,siue humanitatis assumptæ.

¶Sed rursus ait aliquis. Cum Paulus intendat generatim excellentiam Christi monstrare, & speciatim quo ad angelos, per quos lex vetus tradita est, illud declaret cur de diminutione eius ab angelis voluit facere mentionem? Nempe imprimis non putauit citandum esse psalmistam mutilate siue imperfecte,sed totā eius authoritatem potius esse proferendam. Deinde voluit cum ipso psalmographo admirari diuinam bonitatem, quæ dignata est naturam ex se inferiorem angelis,super omnes choros angelorum sublimare. Denique volens ostendere quomodo Christus sit excelsior angelis effectus,vt sanius hoc caperetur,& nullus inde nasceretur error,etiā de minoratione eius quicquā meminisse voluit. Alioqui putari potuisset ex tantis excellentiis eius nullo modo eum esse minorem angelis.

¶Sed dicit naturam humanam in Christo non esse diminutam, sed exaltatam: Fateor, & quidem ita sublimitur vt nihil ei dignitatis maioris contingere potuerit, sed cum hoc stat Christum ratione ipsius humanitatis assumptæ diminutum esse ab angelis ad sensum iam satis declaratum.

¶At dicit aliquis. In humanitate assumpta sunt anima & corpus At corpus non est minus angelis paulominus, immo q̄plurimum distat a dignitate angelorum. Quomodo igitur dicitur paulominus imminutus? Respondetur corpus Christi ex conditione naturæ longe inferius esse angelica natura, sed cum humanitas assumpta non sit corpus, sed sit anima cum corpore simul, & ipsa anima rationalis secundum gradū suæ perfectionis naturalis, siue essentialis distet paulominus a perfectione angelica, eamobrem Christus dicitur diminutus paulominus secundum naturam assumptam. Nam denominatio, & comparatio totius in hoc sumitur a parte perfectiori, & nobiliori, quæ est anima.

¶Denique obiici potest, hanc minorationem non esse intelligendam, nisi ratione corporis, & passionis, quod ex sancto Thoma super Paulum ostenditur, sic dicente. Christus autem est minoratus ab angelis, non quantum ad diuinitatem, nec quantum ad animam, sed solo corpore. Et rursus. Hæc minoratio non est intelligenda nisi propter passionem mortis. Et iterum. Ista autem minoratio non est secundum naturam diuinitatis, nec absolute secundum naturam humanam, nisi inquantum passus est secundum illam, hęc ille. Verum his Thomæ dictis non assentimur, quandoquidem ex Ieronymo, Augustino, & Gregorio satis liquet istam minorationem esse capiendam secundum infirmitatem, & conditionem naturæ assumptæ. Quod & ex ipso Thoma confici potest. Dicit enim ad Hebręos capite secundo, ordine naturæ corruptibilia, & passibilia minora esse incorruptibilibus, & impassibilibus, angelos autem secundum naturam esse impassibiles, & immortales. Ex his enim dictis (quorum secundum falsum est) cum angeli sint passibiles ex sua natura, & reuera mali patiantur, sed boni sunt impassibiles per gratiam, conficitur naturam humanam in Christo ex se esse minorem quod & ex alio eius dicto probatur. Ait enim. Nec est dubium quod quantum ad conditionē naturæ angelus maior est homine. Si igitur natura assumpta minor est angelis ex conditione naturę, consequēs est Christum esse minorem angelis per communicationē ydiomatum, quemadmodum ratione humanitatis assumptæ dicitur fuisse passibilis & mortalis. Quod & rursus ex eo constat cum ait. Christus minoratus est ab angelis, nō quod plenitudinem suā amiserit, vel in

aliquo diminutus fuerit, sed quod paruitatem nostram sibi assumpsit. At vero paruitatem nostram sibi assumpserat, antequam pateretur. Nonne ante passionem passibilis, & infirmæ naturæ fuit? Cur igitur ante passionem non dicitur diminutus ab angelis ratione naturæ assumptæ, in se consideratæ? Denique cum Christus passus sit etiā secundum animam, iuxta illud, tristis est anima mea vsq; ad mortem, quomodo dicit eum minoratum fuisse solo corpore, & hoc propter passionem mortis. Nulla sane ratio. Igitur cum Augustino dicimus propter infirmitatem, & paruitatem carnis, quam sapientia dei gestare dignata est, & passionis humilitatē xp̄m fuisse minoratum ab angelis. Has eīm ob causas diminutus fuit ab angelis Christus, quarum primam, quæ præcipua videtur satis prosecuti sumus. Alteram vero assignant Augustinus, Chrisostomus, Thomas, glossa ordinaria, Lyranus, aliique expositores, quæ trahi potest ex secundo capite ad Hebræos, vbi dicitur eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum. Nam ibi secundum vnam certe intelligentiam dicitur Christus minoratus propter passionem mortis. ¶Verum hæc expositio sine difficultate non est. Quomodo enim Christus minoratus est paulominus ratione passibilitatis, præsertim quo ad passiones corporis? Si enim intelligatur de angelis bonis, Christus non est diminutus ab eis in hac parte, quia nihil vnquam perpessi sunt, nec patientur tormentorum.
Sin de malis, certum est eos grauioribus affici pœnis quam corpus Christi in passione affectum fuerit. Sed respondebitur paulominus dicere hoc loco diminutionem durationis temporis. Nam passio Christi licet prolixa fuerit, tamen respectiue parum durauit, & hoc sibi vult paulominus, vt passim dicunt expositores. Sed dicit aduersarius Christum in passione sua non fuisse reuera deiectum siue derelictum, sed duntaxat opinione, siue æstimatione Iudęorum. Igitur propter passionem (vt ait) non est minoratus ab angelis.
Hoc ipsum quod aduersarius assumit, hæresim redolet. Etenim cum tanta fuerit in eo tristitia in horto, vt etiam sanguinis guttæ fluerent in terram (quam tamen afflictionem nemo tunc vidit, soli enim discipuli ibi erant dormientes) quomodo sola æstimatione perfidorum iudæorum deiectus est? Deinde cum pendens in cruce & conquerens dixit patri, deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me, apertissime ostendit se secundum humanitatem assumptam derelictum a deo fuisse. Dicit aduersarius hanc cōmiserationem erga patrem potius pro humano genere fuisse, quam pro ipso Christo. At hoc insanum est sentire.

Nonne genus humanum tunc maxime viſitabatur? nonne redimebatur? nonne exaltabatur? quomodo igitur a deo derelinquebatur? Nunquid quod redimitur, & exaltatur, derelinquitur aut deiicitur? Plane ridiculum. Porro ſi Chriſtus in ſua paſſione non deiectus, nec deſertus eſt, cur eius mœſtiſſima mater tantiſper fleuit? Nunquid de exaltatione, ac gloria filii ſui plorabat amariſſime? Nunquid ita flendo errabat? Nunquid neſciebat quid deflebat. Sed quid flebat ſi Chriſti paſſio tota gloria, totaque exaltatio fuit, & nullomodo deiectio, nec reuera derelictio? Sed cur pii Chriſtiani in numeri feruentiſſime Chriſtiſti paſſionē fleuerunt, ſi nulla fuit ignominia, nulla deiectio, nullaque reuera deiectio, ſed tantum æſtimatione perfidorum Iudęorum? Ad hæc quomodo verum erit quod Eſaias dicit. Vere languores noſtros ipſe portauit? Si enim vere, quomodo tantum æſtimatione Iudæorum? Aut enim illi errabant putantes Chriſtum deiectum, derelictumque a deo eſſe, aut non. Si errabant putantes Chriſtum deiectum, quomodo dicit Eſaias, vere lāguores noſtros ipſe portauit? Quid enim eſt vere portare languores humani generis, niſi reuera pro eo deiici, & ignominioſe tractari? Si non errabant in putando, igitur reuera deiectus, ac derelictus erat Chriſtus, quandoquidem re ipſa ita erat vt exiſtimabant. Poſtmodum ſua ſponte plus accepit Chriſtus in ſua paſſione afflictionum quam gentiles & Iudæi intulerunt. Hinc Chriſti paſſio propinquauit purgatorii pœnis, quemadmodum recte ſentiētes dicunt, dicunt & per anthonomaſiam eſſe capiendum cum dicitur colaphum fuiſſe Chriſto deditum, quod nūquam talis colaphus cuiquam irrogatus fuerit, tam ratione perſonæ quam etiam afflictionis & ita de aliis. Quomodo igitur æſtimatione duntaxat Iudæorum Chriſtus deiectus eſt in his pœnis, quæ nec videbantur, nec quiſquam eas ſuſpicabatur, ſed a Chriſto propria ſponte ſuſcipiebantur? Quid plura? eadē facilitate, vel potius fatuitate diceretur Chriſtū nec vere paſſum, nec vere mortuum fuiſſe, ſed duntaxat ęſtimatione hominum. Nam authoritates ſonantes Chriſtum deiectum, derelictum confuſumque in ſua paſſione fuiſſe, ita aperte, & ſine additione vlla poſitę ſunt, ſicut & illę quæ ſonant eum paſſum, mortuumque fuiſſe.

Deniq; nullus ſanæ mentis vnquam dixit Chriſtum non fuiſſe vere derelictum, nec deiectum in ſua paſſione, quātum ad infirmitatem carnis. Igitur temerarium ac impium fuit illud aſſerere. Et quanquā Chriſtus in ſua paſſione nihil de ſua perfectione, nihil de virtutibus, nihil de ſuis gratiis, ac bonis animæ amiſerit, immo & quoddā eius meritum fuerit auctum, tamen non conficitur quin tum deiectus ac derelictus ſecundum humanitatem fuerit. Et hoc conſequium ineptum eſt, Chriſtus in his non eſt deiectus ſeu derelictus, igitur nullomodo deiectus eſt. Et certe Chriſtus & martyres inquantum patiētes erant, deiiciebantur, quantum ad infirmitatem carnis pertinet, licet exaltarentur in bonis animæ. At de Chriſto ſpeciale eſt quod in ſua paſſione omnino quantum ad humanitatem tum derelictus eſt, & permiſſus tantum pati, quantum humana natura ferre poterat, immo & quodammodo adiuta eſt, vt magis pateretur, ac in pœnis deiiceretur. Sed quia non defecit in pœnis, & ille torrens paſſionis non ita durauit, ideo ſe non ſpretum, ac deſertum dixit.

At nihilominus vere deiectus, & derelictus eſt, vt ſæpe diximus. Quapropter debuit iſte ſciolus ab his arduis negotiis (quę ſatis oſtēdit ſe ignorare) prorſus abſtinere. Pergerem plura dicere de re huiuſmodi, ſed non eſt præſentis inſtituti quaſuis opiniones erroneas improbare, ſed potiſſimum tralationes nouas refellere. Quod quia ſatis abunde ſuperius factum eſt, eamobrem certum eſt negotio coronidem imponere, ſi tamen prius (quia de tralationibus agitur) vernaculam, ſeu maternam bibliæ tralationem improbauerimus oſtēderimuſque eam ineptam, temerariam, & periculoſam eſſe.

Capite viceſimo ſecundo, & poſtremo tralatio bibliæ in vernaculam, ſeu maternam linguam effecta primum improbatur ac deinde fit exhortatio ne tralationes biblię recenter factę admittantur, ſed penitus explodātur, & denique pia fit querimonia pro terminis fidei catholicæ, ſcripturę ſacrę, & probitatis chriſtianę hoc tempore translatis.

Eadem igitur volentes temeritatem illam reprobare, quæ de biblia latina tralationem fecit vernaculam. Imprimis percunctamur quæ neceſſitas flagitat hanc effici tralationem? Dicet quiſpiam, vt ydiotę & mulierculæ, quæ latine neſciūt ſacram ſcripturam noſſe poſſint, ſicque ſcriptura ipſa plenius diuulgetur, & ab omnibus intelligatur, quæ pro ſalute omnium tradita eſt. Bella ſcilicet reſponſio, quaſi vero notitia totius bibliæ ſit omnibus neceſſaria ad ſalutem, aut etiam ad omnes pertineat ſacrę ſcripturæ myſteria noſſe, vel denique poſſint literæ diuinæ ſine periculo paſſim ab omnibus tractari. Hæc enim falſa. Quæ vt ſeriatim improbentur certum eſt oſtendere primum bibliæ intelligentiam omnibus neceſſariam non eſſe. Deinde eius tralationem vulgarem admodum

eſſe temerariam. ¶Poſtmodum eam quoque periculoſiſſimam eſſe Poſtremo prorſus eſſe inutilem.

¶Imprimis vulgus paſſim non tenetur ymo nec poteſt totam noſ ſe bibliam, ſed ſatis eſt regulariter ſimplici popello ſcire domini cam orationem, fidei articulos, præcepta decalogi, præcepta eccle ſiæ quę paſſim proponuntur, & denique quę ad ſuum ſtatum perti nent. Quapropter ſtultum eſt dicere totius ſcripturæ cognitionem omnibus neceſſariam eſſe. Obligarentur enim pene omnes ad im poſſibile, cum plerique vel ob ingenii tarditatem, vel propter occu pationes & ſollicitudines huius vitæ, vel aliunde non poſſent bi bliam ipſam ſcire,

¶At dicet aliquis, eſto non teneantur paſſim omnes, tamen vtile ac ſanum eſt omnes indiſcriminanter in ſtudio bibliæ verſari, pro ptereaque biblia ipſa poteſt palam omnibus proponi in ea lingua quam intelligere queant. Verum hæc reſponſio friuola eſt, quæ & in ſequentibus reprobabitur. Tranſeamus igitur ad alterum, & pro bemus tralationem biblię in maternam linguam eſſe admodum temerariam. Enimuero ſacris ipſa literis videtur eſſe aduerſa qui bus iubet veritas qui Chriſtus eſt, ne myſteria veritatis indignis p ponantur. Nolite (inquit) ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. Mathęi. vii. Quod exponens Chri ſoſtomus inquit. Myſteria autem veritatis margaritæ ſunt, quia ſi cut margaritæ incluſæ cochleis poſitæ ſunt in profundum maris, ſic myſteria diuina verbis incluſa poſita ſunt in altitudine ſenſus ſacræ ſcripturæ. Et ſubdit. Myſteria veritatis id eſt margaritæ non ſunt dandæ niſi deſiderantibus veritatem & cum ratione humana vi uentibus. Si enim porcis ea miſeris id eſt cenoſæ vitę delectatione grauatis, non intelligent pretioſitatem earum, ſed eſtimabunt eas ſimiles cęteris fabulis mundialibus, & eas actibus ſuis carnalibus cōculcant. Hęc Chryſoſtomus. Cum igitur in republica ſint quam plurimi canes, hoc eſt impugnatores veritatis, vel ad vomitum pec catorum reuerſi, ſint & quamplurimi porci id eſt contemptores, aut in luto viciorum verſantes, ſint denique plerique indigni quibus talia proponantur, non ſunt paſſim committenda ſacrę ſcripturæ myſteria, ne ſordidis actibus ea conculcent, vel non intelligentes contemnant, vel male intelligentes erroris occaſionem inde hau riant. Adde, cum Chriſtus plicatum librum miniſtro reddidit, vt habetur Luce quarto. Inſinuauit auctore Beda non omnia omnibus dicenda, ſed pro capacitate audientium proferenda. Si igitur non ſunt omnia omnibus committenda, quomodo precor ſane poterit tota ſacra ſcriptura paſſim omnibus proponi? Non ſane poterit.

¶Cæterum quam periculoſum ſit ipſam diuinam ſcripturam indo ctis ac ydiotis committere legendam, patet ex detrimentis ac peri culis quæ inde vſu venire faciliter queunt, quæ partim auctorita tibus, partim rationibus poſſunt oſtendi. Imprimis cortex ipſius diuinæ ſcripturæ legentes perimit. Quod Paulus intelligens ſecun dę ad Corinthios tertio, hunc in modum dicit. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Qui locus licet varie intelligi poſſit, vt per literam & ſpiritum vetus & nouum teſtamentum capiatur, vel per literam & ſpiritum lex & gratia intelligatur, tamen etiam per literam intelligitur ipſe cortex literæ, ſiue ſenſus ille grammatica lis quem prima fronte verba faciunt, qui quidem ſępe occidit legen tem, cum frequenter falſus ſit, & det quoque peccandi occaſionem. Per ſpiritum vero ſenſus accipitur ipſius ſcripturæ verus a ſpiritu ſancto intentus. qui licet viuificet, prima tamen fronte non patet, ſed multo labore quęrendus eſt. Hæc autem ne gratis ex noſtro di cere videamur, auctoritate comprobemus, preſertim Hieronymi qui in commentariis ad Galathas quinto Origenem ſecutus hunc in modum ait. Opera carnis diuinorum voluminū hiſtoria conti net, non valde eos iuuans qui ſic eam intelligūt vt ſcripta eſt. Quis enim non docebitur ſeruire luxurię, & fornicationem habere pro nihilo, cum Iudam ad meretricem legerit ingredientem, & patri archas multas habuiſſe pariter vxores? Quomodo nō ad ydolola triam prouocabitur, qui ſanguinem taurorum, & cæteras leitici victimas non plus quam quod in litera ſonat putauerit iudicare? Quod autem inimicitias in aperto poſitus ſcripturę ſermo doceat, & ex hoc loco probatur, filia Babilonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuiſti nobis. Beatus qui tene bit & allidet paruulos ſuos ad petram. Et ex illo. In matutino inter ficiebam omnes peccatores terræ, & cętera his ſimilia. de conten tionibus videlicet, emulatione, ira, rixis, diſſentionibus. Ad quæ ſi non altius aliquid ſentiamus, prouocant nos magis hiſtoriæ exem pla quam prohibent. Hæreſes quoque magis de carnis ſcripturæ in telligentia quam de opere carnis noſtræ vt plurimi æſtimant ſub ſtiterunt, Et paulo poſt. Quęritur quomodo ad veneficia & ad male ficas artes ſimplex ſcripturæ diuinæ ſermo (qui dicitur caro eius) nos prouocet niſi ad eiuſdem ſcripturæ ſpiritum tranſcendamus? Et poſt pauca. Multorum ergo malorum occaſio eſt ſi quis in ſcri pturę carne permaneat. Quæ qui fecerint, regnum dei non conſe quentur. Quamobrem ſpiritum ſcripturæ, fructuſque quęramus, qui non dicuntur eſſe manifeſti. Multo quippe labore & ſudore, & di gno cultu in ſcripturis fructus ſpiritus inuenitur. Vnde arbitror Pau

lum diligenter & caute de ſcripturę ſenſibus dixiſſe carnalibus. Manifeſta autem ſunt opera carnis. Hęc Hieronymus. Ex cuius verbis conſtat carnem ſiue corticem diuinę ſcripturę anſam prebere peccandi, & multorum quoque malorum (niſi decenter intelligatur) cauſam eſſe. Quod ſi verum ſit, vt verum eſt, quis ſane mentis dicet ipſam ſcripturam eſſe vulgo committendam quæ tantorum malorum prębere facillime poteſt occaſionem? Non enim dicere poſſis per ſe rudem populum intelligere poſſe ſcripturam ipſam aliter quam verba ſonent. Nam vt Hieronymus ſuis in commentariis in Marcum capite tertio ait. Eſt conſuetudo diuinæ ſcripturæ allegorice loqui, & cum aliud dicat, aliud velit intelligi. Et idem in explanationibus ſuis in Paulum ad Galathas primo. Neque putemus ait in verbis ſcriptum eſſe euangelium, ſed in ſenſu. non in ſuperficie, ſed in medulla. non in ſermonum foliis, ſed in radice rationis. Si igitur aliud dicat, aliud intelligat, ſi inquam non in verbis, non in cortice literæ eſt euangelium, quomodo ſimplex populus poterit intelligere, qui nec poſſit quidem capere vt verba ſonat? Denique ſi ſcriptura diuina poſſet intelligi vt par eſt, maxime a ſimplicibus faciliter & prima fronte ſine expoſitore, caſſę eſſent eius explanationes, ſuperfluique quoque eſſent theologici doctores. At hoc dicere inſaniſſimum eſt.

¶ At dices. Simplex populus curabit locos ſibi obſcuros ab aliquo diſcere. Rogo te primum quomodo rudis popellus diſcernere poterit quinam ſunt loci illi qui aliter capiendi ſunt quam verba ſonent, & qui non? Deinde vbi paſſim inuenientur tot viri docti qui ſufficiant ad docendos omnes indoctos? Hæc deliramenta ſunt plus quam anilia.

¶ Sed alia detrimenta proſequamur. Non ſolum litera, ſiue ſimplex ſermo diuinæ ſcripturæ, præſertim per hiſtorias quas refert, occidit ſpiritaliter, hoc eſt anſam peccandi prębet vt diximus, ſed etiã occaſionem errandi atque hęreticandi tribuere ſolet. Enimuero pene omnes in catholicã fidem errores ex ſacræ ſcripturę cortice perperam decorticato prodierunt. Nonnulle (fateor) hęreſes ex turbidis philoſophorum fontibus profectę ſunt. At longe maior pars ex ſacræ paginę litera male intellecta ſuborta putatur. Cum igitur dęmon errorum inuentor callidiſſimus iampridem viros & ingenio & doctrina pręſtantes ita deluſit vt in abſurdiſſimas hęreſes eos impulerit, quid tandem putamus eum in rudi popello & ad omnem tentationis auram variabili facturum? Nonne per occaſionem huiuſmodi tralationis vernacule quam plurimos eſt deceptuſus? Sed obſecro cum pene innumerę ſint apparentes ſacris in

literis diſſonantię, qui fieri poterit vt ſimplices legendo non offendãtur? Si legerit aliquis de Chriſti paſſione in Marco. Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum. Legerit & quod habetur in Luca. Erat autem fere hora ſexta &c. quomodo non protinus dicet euangeliſtas inter ſe diſſentire, quod & nonnulli iampridem dixerunt? Itidem cum plus mille ſint propoſitiones quæ ſecundum ſonum verborum falſę, ymo & impię videntur, vt pote cum deus habere membra humana dicitur, cum in eo ira, furor, vindicta, & cętera huiuſmodi in eo eſſe referantur, nonne ſimplices hæc legentes hallucinabuntur? Nonne putabunt deum humanam effigiem habere, & crudelem quoque vel certe paſſionibus obnoxium inſtar hominum eſſe? Ecce quod detrimentorum biblia in vernaculum ſermonem tralata paritura eſt.

¶ Inſuper ex lectione ipſius diuinæ ſcripturæ ſequetur apud vulgus facilis eius contemptus. Enimuero non poterit intelligi ſaltem decenter a multis, eamque ob rem contemnetur. Quod enim minime capitur, facile contemni ſolet. Hinc Iulianus Auguſtus (quem paſſim apoſtatam nuncupant) cum legiſſet ſacras literas ſibi miſſas, nec pie intellexiſſet, ſtulte eas contempſit dicens. Vidi, legi, contempſi. Cui tamen prudenter reſponſum eſt a Baſilio, vidiſti, legiſti, non intellexiſti, Si intellexiſſes non contempſiſſes. Ergo id ipſum quod contigit Iuliano, continget & rudi popello faciliter, vt ſcilicet ſacram ſcripturam flocifaciant, quam nec intelligere, nec ſententias quæ mutuo pugnare videntur concordare poſſit,

¶ Porro ex huiuſmodi tralatione vulgari quid (precor) aliud contingere poteſt quam curioſitas, quam incuria, quam arrogantia? Nonne curioſitatis vicium eſt legere ea quæ legenti potius noxia ſunt quam vtilia? Nonne & curioſum eſt ea quæ ſupra vires ſunt, & ad proprium ſtatum non pertinent lectitare? Et quid opus eſt ſimplici populo cognoſcere quam plurima quibus referta eſt ſcriptura diuina, quibus eccleſiæ prælati ac reipublicę rectores paſſim arguũtur? Nonne ex huiuſmodi cognitione ad murmurandum, deſpicięndumque leuiter impellentur? Sed cum multa palam tradantur obſeruanda quæ ſacris in literis expreſſe non habentur, nonne ydiotę hæc animaduertentes facile murmurabunt, conquerentes cur tantę ſibi imponantur ſarcinę quibus & libertas euangelica ita graueiter eleuatur? Nonne & facile retrahentur ab obſeruantia inſtitutionum eccleſiaſticarum, quando eas in lege Chriſti animaduerterint non contineri? Cuiuſmodi ſunt ieiuniũ quadrageſimę, cõfeſſio ſacramentalis, certe ſemel in anno, obſeruatio dominicę loco ſabbati, & alia id genus. Murmurabunt igitur non intelligentes ea quę

ab initio eccleſiæ hactenus obſeruata ſunt de traditione apoſtolorũ eſſe qui ea creduntur a Chriſto accepiſſe, ſed literis diuinis credita non fuiſſe, ne lex gratiæ nimis oneroſa principio videretur. Nunquam enim apoſtoli ipſi præſumpſiſſent tam grauia onera populo chriſtiano imponere, niſi habuiſſent a Chriſto. Sed vnde probas (ait aliquis) hæc eſſe de traditione apoſtolorum? Nempe quod ieiunium quadrageſimæ, de quo minus videtur, ſit ab eis apoſtolis inſtitutum, quemadmodũ teſtatur Hieronymus in epiſtola ad Marcellam contra montani hęretici inſaniam, dicens hoc pacto. Nos vnam quadrageſimam ſecundum traditionem apoſtolorum toto anno tempore nobis congruo ieiunamus. Sed ad inſtitutum reuertentes conficiamus ex tralatione vulgari curioſitatem imprimis noxiam facile excitari poſſe. Quod autem inde quoque proficiſci leuiter queat incuria eorum quæ neceſſaria ſunt, facile eſt animaduertere. Nam mulierculę in lectione bibliæ verſantes curam rei domeſticę negligent. Similiter ydiote huiuſmodi negocio diditi, non curabunt vt par eſſet, ſuis artibus incumbere, & quæ ad familiam alendam exiguntur, ſuo labore ſatis parare. Ita enim per illuſionem dæmonis vſu venire ſolet vt inepti, curioſique homines ea prætermittant quibus opera danda foret, & inutilibus ſe rebus occupent. Denique quod huiuſmodi tralatio præſumptioni & arrogantię præbeat excitamentum, ex eo conſici poteſt quod præſumptio ſit inſignis rudibus hominibus tractatiõe velle ardua ſcripturæ diuinæ myſteria quæ docta, ſublimia queingenia vix penetrare queunt. Velle inquam in eorum lectione verſari quæ obſcura ſunt ac recondita. Quod enim ſacra eloquia ſint obſcura, probatur ex Hieronymo dicente in epiſtola ad Algaſiam hoc pacto. Simulque animaduerti quod quęſtiunculę de euangelio tantum & de apoſtolo poſitæ indicant te veterem ſcripturam aut non ſatis legere, aut non ſatis intelligere quæ tantis obſcuritatibus & futurorum typis inuoluta eſt vt omnis interpretatione egeat, & porta orientalis de qua verum lumen exoritur, & per quam pontifex ingreditur & regreditur ſemper clauſa ſit, & ſoli pateat Chriſto qui habet clauem Dauid &c. Et in commentariis ſuper Marcum capite tertio, ſic ait. Eſt conſuetudo ſcripturæ diuinæ allegorice loqui, & cum aliud dicat, aliud velit intelligi. Quod in euangeliis poſitum frequenter inuenies. Ex his eñ Hieronymi verbis liquet ſcripturã diuinã obſcuram eſſe eamque obrem non poſſe faciliter & prima fronte paſſim intelligi. Itaque ſimplices, indoctique hoies nõ poterũt a vicio p̃ſumptionis imunes euadere q̃ in eius lectione verſari volueriṫ. Sed & maioris arrogãtię fuerit ſi eam excutere, & de ſenſibus eius

diſceptare præſumpſerint. Quod quia tempore Ieronymi fiebat inſi quo animo ſe tuliſſe ſatis mõſtrat, cum ad Paulinum ſcribens ſic ait. Sola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi paſſim omnes vendicant. Hãc garrula anus, hanc delyrus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant. Alii abducto ſupercilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alii diſcunt (proth pudor) a fœminis, quod viros doceant, & ne parum hoc ſit quadam facilitate verborum, immo audacia ediſſerunt aliis quod ipſi non intelligunt. Taceo de meiſimilibus, qui ſi forte ad ſcripturas ſacras poſt ſeculares literas venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint, quicquid dixerit hoc legem dei putant. Nec ſcire dignantur quid prophetę, quid apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit & non vicioſiſſimum dicẽdi genus deprauare ſententias & ad voluntatem ſuam ſacram ſcripturam trahere repugnantem. Ecce quemadmodum ſacer Ieronymus temerarios, & arrogantes eos eſſe oſtendit, qui ſacras literas tractare audent, quas non didicerunt. Quomodo igitur non erunt præſumptionis vehementius incuſandi laici, indoctique homines, qui in ſacris literis & lectitandis & excutiendis verſari præſumpſerint? Et nihilominus audio quoſdam nuper aſſeruiſſe chriſtianos omnes eſſe inducendos ad ſtudiũ ſcripturæ ſanctæ, & licitum quoque eſſe ſimplici populo diebus feſtis aut aliis conuenire, vt de ſacra ſcriptura & eius difficultatibus conferat, & denique etiam licere ipſi populo de fide diſceptare, & ſacram ſcripturam exponere. Hæc etenim ex his quæ dicta ſunt ſatis reprobantur. Et reuera non facile putaueram has inſanias ab homine ſani capitis fuiſſe profectas debuerant aſſertores illi meminiſſe illius prouerbii ſatis triti. Ne ſutor vltra crepidam. Et illius. Altiora te ne quæſieris. Et illius Horatiani, quod medicorum eſt promittunt medici, tractãt fabrilia fabri. Et illius grecanici, quam quiſque norit artem in hac ſe exerceat. Vt ergo illa ſtulte dicta ſunt, ita & ſtulte. immo ſtultius attentarentur. Bene igitur cœtus theologorum pariſienſium veſanias huiuſmodi reprobans dixit propoſitiones illas temerarias. ac falſas eſſe, & errores Valdẽſiũ & Bohemorum inſtaurare. Neque vero ferenda ſunt ydiotarum conuenticula pro talibus negotiis tractandis, vtpote quæ iure damnantur.

Denique quid præſumptionis, ac confuſionis ex huiuſmodi temeritate negotii prouenire ſoleat ſatis deprehendi poteſt ex eo quod pariſiis contigit. Cum enim doctor quidam ad populum prædicans quippiam citaſſet, quod in duobus bibliæ locis eſſet, ſed vnum dunxat protuliſſet, protinus quædam mulierecula de grege earum, quæ

deuotulę ſeu theologe nuncupantur ſurrexit in medium dicens id quod allegatum fuerat alio in loco eſſe. Quam petulantiam concionator ille dure carpens vt decebat, dixit (id quod res erat) duobus in locis contineri, Ecce quid peperit prę ſumptuoſum ſtudium bibliæ in vernaculum ſermonem verſę. Sed reliqua proſequamur.

¶Ex vulgatione biblię traductę in linguam maternam facile ſequetur magna diuinorum irreuerentia. Tractabuntur enim ipſi libri diuini paſſim indecenter in domibus prophanis a mulierculis, a cerdonibus, a ſartoribus, a fabris, a cementariis, a lanariis, a fullonibus, ab aliis denique id genus opificibus, & homunculis. Quin & plerunque in locis parum honeſtis reponentur, cum tamen diuini libri ſint reuerenter admodum tractandi. Nam & Iudęi hunc morem ſeruant vt nunquam iuxta libros ſacros ſedeant, ſed eos collocent altiore loco. Quo nimirum exemplo deberent, magno rubore ſuffundi chriſtiani illi qui ſacros libros interdum tractāt inhoneſtius quā libros ethnicorum.

¶Denique biblia ipſa vernaculo ſermone traducta nihil eſt commoditatis allatura, quandoquidem nihil vtilitatis parere poteſt quod minime intellectum eſt. Atqui non intelligetur a ſimplici populo, ſed nec intelligi quidem poterit. Etenim illa quæ exiguntur ad ſanam diuinæ ſcripturæ intelligentiam vix vnquam in ſimplici popello poterunt inueniri. Eſt enim præceptore opus pro ſana diuinarum literarum intelligentia. Hinc Hieronymus ad Paulinū ſcribens ait. Hæc a me perſtricta ſunt breuiter vt intelligeres te in ſcripturis ſacris ſine prędio & monſtrante ſemitam non poſſe ingredi. Et alibi. Nulla inquit ars ſine prędceptore diſcitur. Et rurſus in epiſtolis. Nec teipſum doceas. Et reuera qui artem aliquam aſſequi nituntur, præceptore vtantur neceſſe eſt. Alioqui non poſſunt eſſe quod cupiunt.

¶Deinde opus eſt labore aſſiduo ac diligenti. Sudoris enim ac laboris comites ſunt literæ, præſertim diuinæ. ¶Inſuper opus eſt pio ſtudio. Quantumuis enim aſſiduum, vehementſque ſtudium fuerit, niſi pium ſit, non ſufficiet vnquam pro aſſequenda ſacrę ſcripturę intelligentia, ſed potius ſtudioſum ipſum in varios precipitabit errores, quemadmodum fauſto contigit quem diuus Auguſtinus improbans ait eum erraſſe in euangeliorum narratione, quia non fuit in eo pium euangelicę lectionis ſtudium. Si enim euangelia pie lectitaſſet, maluiſſet ſenſum eorum quę latebant, & intellectum quoque eorum quę pugnantia videbantur pie ſciſcitari, quam ea temere damnare. At quoniam pio ſtudio vſus non eſt, oblatrauit reprehendit, oppugnauit. Cuius temeritatis occaſione merito ei negata eſt vera intelligentia ipſius euangelicę doctrinæ, quę & petentibus data, & a quęrentibus inuenta, & pulſantibus aperta eſt.

¶Porro in huiuſmodi negocio ſi certe vtiliter ac pie geratur opus, eſt vitę ſanctimonia, quod & teſtatur ſapiēs in hūc modū dicēs. In maliuolā animā nō introibit ſapiētia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus em̄ ſanctus effugiet fictū, & recedet a cogitatiōibus quę ſunt ſine intellectu. Literę quoq; diuinæ vt Hieronymus inſit ſocię ſunt ieiuniorum nō ſaturitatis, cōtinentiæ non luxuriæ.

¶Ad hęc opus eſt gratia ac reuelatione ſpūs ſancti. Reuela, inquit Pſalmiſta, oculos meos & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Cui Ieronymus ipſe aſtipulatus in epla ad Paulinū hoc pacto ait. Lex enī ſpiritalis eſt, & reuelatione opus eſt vt intelligatur, ac reuelata facie dei gloriā cōtēplemur. Et in cōmētariis Oſeę pphetę. In epla. nationibus (inquit) oīm pphetarū ſpūs ſancti indigemus aduētu, vt cuius inſtictu ſcripti ſunt, illius reuelatione pādātur. Et Micheę ca. i. Semper in exponēdis ſcripturis ſancti ſpūs dei indigemus aduentu.

¶Prēterea opus eſt his quę ad vitā cōtēplatiuā ptinent. ſ. oratiōe, meditatione, & ocio ſiue quiete, preſertim a turbinibus ſeculi huius. Oportet enī eū qui ſacris in literis pficere geſtit frequētes ad deum preces fundere, more Pſalmiſtę qui ſepe deū flagitat vt eū doceat iuſtificationes ſuas. Proinde Ieronymus ad Paulinū inquit. Petenti datur, pulſanti aperitur, quęrēs inuenit. Oportet inquā iugiter eum meditari in lege dñi inſtar viri iuſti, de quo loquēs pſalmographus inquit. Sed in lege dñi volūtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ad quod etiā hortatur Ieronymus Paulinū cū ait. Oro te frater chariſſime iter hęc viuere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil aliud quęrere. Oportet quoq; ocio ſancto, & quiete pſertim intraria frui. Exutus enim a curis negociiſq; ſecularibus, & a perturbationibus animū diſtrahentibus eſſe debet, quiſquis ocio theologio decenter vacare cupit. ¶Denique opus eſt ſimplici corde, ſinceraque intentione. Simplici quidem ac humili pectore opus eſt vt omnia credantur vera quæ ſacris in literis continentur, eſto non intelligantur omnia. Agendum eſt igitur (inquit Auguſtinus epiſtola quadā ad Hieronymū) vt ad cognitionē diuinarū ſcripturarum talis homo accedat qui de ſanctis libris tam ſancte & veraciter exiſtimet vt nolit aliqua eorū parte delectari pro officioſa mē dacia, potiuſq; id quod nō intelligit tranſeat q̄ cor ſuū pferat illi veritati. Itidē ſincera intētione opus eſt, vt nō propter ſacerdotia, nō propter fluxos honores, nō demū propter nudā cognitionem aſſequendam diſcantur literæ ſacrę, ſed vt ſana, ſapida, frugiferaque habeatur earum intelligentia quæ ad recte viuendum conducat.

¶Hæc autem quæ dicta sunt quando (precor) inueniri poterunt in simplici, rudique popello? Quomodo inquam facile poterit vulgus ipsum passim habere, quod vix in paucis theologię candidatis reperire est? Itaque oĩbus diligenter animaduersis ineptissimũ est bibliam sermone vernaculo ꝓponere lectitandã, cũ hoc ipm nec sanũ, nec necessariũ sit, sed ediuerso temerariũ, periculosũ, ꝓfusq; inutile atque ineptum, quemadmodũ iam satis ac satis ꝓbauimus.

¶At dicet quispiam, esto non possit simplex populus iugiter studio sacræ scripturæ operam dare, id tamen potest diebus festis quibus feriatus est. Non enim videtur cui rei potius ac decentius quam sacrę lectioni tali tempore incumbere queat. Respondetur imprimis studium ita interpollatum ac succisiuum nullum habere momentum, vt pote quod non satis sit pro assequenda sacræ scripturæ intelligentia, quæ & totum tempus totumque hominem exigit. Enimuero qui iugiter ac vehementer huic negocio negociorum incumbunt vix tandem possunt improbi, sed pii laboris fructus vberes legere. Quis igitur fructus sperari poterit ex studio ita remisso vt intermissum potius quam remissum videatur.

¶Enimuero tantum fructus habebitur tandem quantum consequi solent scolastici semel tantum in ebdomada ludum siue scolam adeuntes. At queris, quid igitur populus aget diebus festis? Nẽpe imprimis suæ cõscientiæ examinationi diligentiorem dabit operã, cogitando qualiter anteacto tempore vixit. Itidem diuino sacrificio rebusque spiritalibus reuerenter ac deuote toto matutino aderit preces fundet, diuina beneficia sedula mente volutabit, gratias aget, deo largitori. Postmodũ sermonẽ siue prędicationẽ adibit vt discat qualiter viuẽdũ sit. Plus enim horaria ꝓdicatione discet, quã si toto die in studio siue lectione versaretur. Quid (inqs) si nulla fiat ꝓdicatio? Aliis piis operibus incũbãt simpliciores, vilitẽt infirmũ, cõsolẽtur desolatũ, elemosynas largiãtur. Quid (ais) si nihil horũ tũc accurrat? Id perrarũ est. Si tn ita cõtingat, ad pias meditationes erit occurrendũ. Sed & lõge tolerabilius esset aliquid recreationis honestę capere decenter tẽpore & loco opportunis, vt & vitaretur iners ociũ malarũ cogitationũ parens, & mẽbra quoq; ebdomadario labore fatigata reficerẽtur, quã hmõi ꝓfũptuosis negociis incũbere. Poterũt etiã pię historię legi ab his qui lectiõis sunt amãtiores. Etenĩ gesta sctõrũ pie lectitata deuotionẽ accẽdũt, miroque mõ simplici populo cõducũt. ¶At dicit aliquis deuotulus latinæ linguę nescius. Vellẽ etiã sacris diebus de purissimo fonte sacrarum literarũ quicquã haurire, hoc autem non possum nisi maternam in linguã transfundantur. Respondemus, huic non esse propterea faciundã bibliæ tralationem vernaculo sermone, cum alia satis sint pia negocia quibus illiterati & deuoti homines possunt diebus festis se occupare. Et nihilominus vt votis eius plenius respondeatur, dicimus epistolas & euangelia quæ in ecclesia palam decantari & a prædicatoribus proponi, exponique solent, cum decenti, fidelique explanatione in vernaculam linguam transfundi posse. Qua quidem tralatione plene contentus esse debet simplex populus, nec ab eo desideranda est totius bibliæ vernacula traductio, quæ cum decenti expositione tota proponi passim nõ posset. & sine explanatione plus officeret quam prodesset, Multa etenim detrimenta, periculaque inde prodirent quemadmodum satis diffuse probatum est.

¶At dicit aliquis, etiam ex biblia latina eadem possunt mala, vel certe plurima pericula prouenire. Cur igitur fateris bibliam potius in latinum quam vernaculum sermonem verti sane posse? Nempe quod biblia latina sit & rationabilis, & vtilis & necessaria, ecclesiæ christianæ, Biblia vero in vernaculam linguam transfusa ediuerso sit temeraria, sit inutilis, sit periculosa, sit & superuacanea. Nec tamen negauerim multa per accidens detrimenta ex biblia latina prouenire posse. At hoc per se non efficit biblia ipsa, sed abusus legentium. Sunt (fateor) grammatistæ, rhetorculi, græculi, sophistę, philosophastri, legulei, theologistę, aliique id genus scioli, vanique ac præsumptuosi homines qui sacras literas arroganter, indigneque tractant, peruerse interpretantur, & eas docent ac iactitant, quas nunquam didicerunt, quorum & tanta temeritas est vt putent sibi licere quod & veris theologis, qui totum vitæ tempus in theologico studio consumpserunt, de arduis ipsius bibliæ mysteriis disceptare, & demum bibliam, theologiamque diuinam omnes decere sicut & fidem catholicam, non intelligentes inter fidem ipsam & theologiam multum esse discriminis, nec protinus sequi si quis fidelis sit, eum propterea theologum esse. Fateor igitur talibus presumptoribus plurima contingere detrimenta & permulta immanere pericula spiritalia, quæ tamen ipsi minime norunt, sed nec suspicantur quidem. At nihilominus propter istorum abusum non est aut vellicanda aut palam non proponenda biblia latina, quippe quæ & multis vtilis & ecclesiæ quoque christianę necessaria sit. At ita non est de biblia vernaculo sermone edita vt satis probauimus. Sed de his iam satis.

¶In calce libenter moneremus ipsos tralatistas vt resipiscerẽt, vt palinodiã cãtarẽt, vt suas tralatiões de medio tollerẽt, vt suas quoq; paraphrases vel supprimerent, vel certe viris doctis traderent castigandas vt demum suę saluti ac rei christianę propter huiusmodi

nouas inuentiones turbatę consulerent. sed asellis frustra personat lyra. Ita enim stupidi, ita præposteri, ita demum obcęcati videntur, vt equi, bonique consulere nolint. Nolint inquam prudentissimis viris audire, sed se omniū lōge doctissimos arbitrantes aliena consilia paruipendunt. Hos itaque mihi desperatos tandem missos faciens, pium lectorem moneo vt biblia cōmuni per ecclesiam iam olim probata prorsus sit contentus, nec aliam vel desideret vel admittat, sed illas nouas tartareo spiritu editas funditus abigat. Ipsorū quoque theologastrorum annotationes siue cōmentarios, ymo verius paraphrases nullo modo legat vel attingat, nisi adeo sit theologicis literis imbutus vt hereses a veritatibus catholicis discernere possit. Docti theologi (fateor) qui norunt aurum a luto disseparare, possunt & hereticos libros euoluere, vt pote quibus nihil propter lectionem huiusmodi periculorum immineat. Nam & Dionysius episcopus Alexandrinus referente Eusebio septimo historiæ ecclesiastice libro asserit cū tractatus hereticorū legere soleret, & aliquis ex fratribus & compresbyteris prohiberet eū ne hæretica lectione tanquam ceni alicuius fœtore pollueretur, visionem quandam diuinitus sibi factam, & verba quoque huiuscemodi dicta ei fuisse. Lege omnia quęcunque in manus tuas venerint, quia probare singula quęque & discernere potes. Itaque vel hoc exemplo possunt theologi satis eruditi libros erroribus scatentes lectitare, cæteris vero non licet, qui inter ea quæ probanda sunt vel improbanda, discernere non norunt. Magnis enim se periculis exponūt talia præsumentes. Quam obrem monemus iterū atque iterum homines qui satis theologi nō sunt, vt ab huiusmodi librorum periculosissimorū lectione prorsus abstineant. Hortamur denique omnes in cōmuni vt antiqua tritaque sequantur vestigia, maiorum traditionibus acquiescāt. & demū occasione nouarum tralationū, insanarūque inuentionū terminos a patribus positos nulla ex parte transferant. Hoc enim sacræ literæ nobis loquūtur & admonēt. Pręcepit siquidē dominus per Moysem Deuteronomii. xix. non trāsferēdos terminos quos finxerunt priores, & capite. xxii. maledicitur qui transfert terminos proximi sui. Et apud Iob capite, xxiiii. Increpantur qui terminos transtulerunt. Denique prouerbiorum vigesimo secundo dicitur. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. His ergo sententiis monemur secundum mysticum sensum ne præcedentium patrum regulas, definitioneſque viuendi, ac cōstitutiones transgrediamur, ne catholicā, deserētes doctrinā, supstitiones, sectasque nouas inducamus, ne a sanctę ecclesię gremio deficiamus, ne demum ea quæ trita sunt passimque probata vel carpamus vel relinquamus.

Si de huiusmodi expositione hæsites lege glossas, doctores consule, & nos vere interpretari cognosces. Cum igitur tam sollicite nos admoneant oracula diuina, profecto non debemus terminos, quos statuerunt patres nostri transferre.

¶ At prothdolor hac misera tempestate, maxima ex parte translati sunt patrum termini. Enimuero si diligenter omnia lustres, videbis terminos catholicæ fidei magna ex parte translatos esse.

Videbis & sacræ scripturæ terminos transpositos esse

Videbis demum christianæ religionis, ac probitatis terminos propemodum elocatos esse. Quantum enim fidei catholicæ termini translati sint, nullus pene est, qui ignoret. Etenim ab hinc decennium plus hæresum suscitatum est, quam quingentis annis antea fuerat. Omnes veteres hæreses, quæ emortuæ putabantur, hoc tempore fere instauratæ sunt, & nouæ quoque excogitatæ.

Quibus prothdolor multi huiustemporis homines (qua sunt insania) potius tribuunt fidem, quam vetustis, sanis, passimque probatis fidei rudimentis, quæ nostri maiores tradiderant. Qua in re satis demirari non possum cur plus credatur duobus, aut tribus Antichristi præcursoribus, quam vetustis doctoribus, quam sanctis pontificibus, quam generalibus synodis, quam ecclesiæ vniuersali, quā toti mundo. Dicant obsecro qui eiusmodi sunt, quanam authoritate, qua ratione, quo denique iure id faciunt? Plus ne ipsi cum suis perditissimis hæresiarchis sapiunt, quam omnes, qui vel nunc sunt vel ante nos fuerunt? O insaniam penitus detestandam. At pleríque sunt, qui hęresiarchas ipsos nō sectantur propter pulchros (vt ita dixerim) oculos eorum, sed quia suis vitiis fauent, & quæ sibi grata sunt licenter astruunt.

¶ Quod autem termini sacrę scripturæ translati sint hac ætate iam satis ex superioribus constat. Et nihilominus miror quonam pacto ausi sint multi homines leuissimi bibliam communem missam facere, & istorū tralatitiarum insanias, tartareasque interpretationes sectari. Nunquid huiusmodi sacrilegæ tralationes diuinæ sunt? nunquid autenticæ? nunquid probatæ? nunquid tralatione communi per ecclesiam approbata vel certiores, vel saniores? Et quis ita demens est, qui putet censuram duorum, vel trium stultorum, ac magistrorū sub camino doctorū oīm, qui sunt, & qui fuerunt, immo & totius orbis iudicio esse præferendam? Viderint igitur illi ipsi, qui ita bestii sunt effecti, talibus non solum nugis, sed horrendis etiā impietatibus assensum præbere non vereantur. Quid tandem sunt dicturi, quid acturi, quid demum rationis coram deo reddituri?

¶ Denique quam misere sint christianę religionis, ac probitatis ter

mini paſſim translati, experientia ipſa loquitur. Etenim cerimoniæ velut inutiles improbantur, & ceremoniæ dicuntur deſpectiuę contemnuntur orationes, quas & indeuoti preculas vocant, ieiunia dicuntur pro nihilo continentia reprobatur, ſecularis ſtatus religioſo vel æquatur, vel antefertur, probi monachi a refugis vellicantur, & probi mores paſſim ſunt ludibrio, ſana pene omnia cõtemnũtur theologi a rethorculis, & ſciolis nihilifiunt, ſolidæ diſciplinæ deſpiciuntur, & pene ſolę habentur in precio futilitatis artes. quas humanitatis, bonaſque literas iſti grammatiſtæ nuncupant.

Nec ſolum abiiciuntur, ac ſpernuntur, quæ bona ſunt, ſed prothnephas ſcelera etiam admittuntur inaudita, quod teſtantur inſolitæ exactiones, & diluuia non quidem aquarum, quę aſtrologorum prędixerat vanitas, ſed burſarum, pecuniarumque pro quibus ſuggendis, nullus ſubtilitatis modus non excogitatur. Incendia quoque vrbium, ac villarum pluſquam tartareis dolis excitata ſatis indicant, quam infœliciter, ac peruerſe translati ſint probitatis, humanitatiſque termini.

¶ Quis credidiſſet vnquam tantam humanis in pectoribus fraudem, proditionem, malitiam, crudelitatemque reperiri poſſe quãram nuper in Trecenſis vrbis incendio experti ſumus? O cœlum, o terra. Quid impium, quid execrabile, quid dyabolicum eſt ſi hoc non ſit velle, ſcilicet nullo belli iure ſeruato, ſed nephandis, inauditiſque incendiis, ac proditionibus pluſquam hoſtilibus rem publicam (quæ nihil tale commeruit) tam miſere, tamque fraudulenter diſperdere? Quis putabit iſtis barbaris pectoribus aliquid, vel humanitatis, vel chriſtianitatis ineſſe? Quis non potius credat quaſdam crudeliſſimas eſſe beſtias, aut certe peſſimos dæmones ſub humana effigie latitantes? Et certe ſceleris immanitas, barbaruſque, ac inſuetus modus agẽdi, & mortis qualitas, quam obeunt iſti incendiarii conficere videntur non homines, ſed cacodęmones eſſe, qui tam atrox flagitium attentarunt. Non enim communi morte afficiuntur, volunt aut confiteri quicquam, aut ſuæ ſaluti conſulere. Quid aliud putari poteſt, quam non digne pœnitentes de temporali incendio quo viui abſumuntur ad vulcanicos ignes trãſire? Sed hanc miſerrimam calamitatem (quam nemo ſatis intelligere queat, niſi coram viderit) miſſam facientes oſtendamus adhuc quam miſerę ſint pietatis, ac honeſtatis limites translati.

¶ Enimuero milites, ſiue ſatellites, quos recte dixeris graſſatores ſceleratiſſimos (quorum & nonnulli ſe dæmones non iniuria vocabant) tam impia, tam obſcœna, tamque inhumana in ſuperos, & mortales fecerunt, & annis proxime lapſis rempublicam, preſertim

gallicam inſueta oppreſſione ita vexarunt, vt vel referendo horrorem incutiant. Nullum enim ſeculum putatur tam nephanda vnquam in republica chriſtiana vidiſſe. Quis non horreſcat audiens perditiſſimum nebulonem poſtquam in abnegando deo eſſet fatigatus, pecuniam dediſſe ſocio, vt vice ſua abnegaret? Quis non contremiſcat reuoluens blaſphemias in Chriſtum & matrem eius bene dictam ore ſacrilego prolatas, quas referre quoque ſcelus eſt?

Quis non palleſcat, cum audit iſtas beluas gladiis, & pugionibus ſanctas, venerandaſque imagines confodiſſe? Quis non miretur cum mente verſat obſcœna illa, quæ canes impudentiſſimi pro ſuis voluptatibus explendis, fœdiſſime admiſerunt? Quis denique non ſtupeat ſecum volutans inſolitos exceſſus, quibus cruenti beſtii ſimplicem populum afflixere? Etenim tanta inſania debachati ſunt, vt non ſatis eis fuerit delicatis epulis ſatiari ad vomitum, ſed etiam bona hoſpitum tanquam ſua eſſent, vel palam exportarunt, vel redimere coegerunt. Nihil fuit ita obcluſum, quin aperiretur, aut frangeretur. Quod ſi forte quicquam oſtendebatur, quod nec efferri poterat, nec redimere hoſpes volebat, in ignem proiiciebatur. Et vt ſemel dicam vix poteſt quicquam inhumanitatis, ac improbitatis cogitari, quin ab iſtis dæmonibus ſit excogitatum.

Et quia vixerunt vt dæmones, pleríque etiam dæmonum inſtar perierunt. In quibus vnus cum dixiſſet ſe velle emori dæmon, poſt mortem in patibulo obitam, totus niger, & cornutus apparuit.

¶ Ecce quam mire, ac miſere translati ſunt fines probitatis chriſtianæ. Et (quod ſumma malorum eſt) hæc & alia id genus plurima, quæ proſequi tędioſum foret, ita licenter, & impune admittũtur, vt nec verbo quidem redarguantur. Iam nemo quicquam mutire audet. Fuit aliquando cum ſapientes & ſtulti veritatem loqui viciaque incuſare audebant. Fuit & tempus, in quo ſoli illi, qui laruati facetias agebant, vera dicere ſinebantur. At tempus aduenit in quo nec ſapientes, nec ſtulti veritatem proloqui audent.

Piiſſimus deus dignetur rebus ſic afflictis conſulere, & vindictam ſuam, quæ ſtillare iam cœpit, clementer auertere, potiſſimũ a gallico regno, quod permanſurum in ſuo tenore putatur, quandiu ſyncera fides in eo perſeuerabit, quemadmodum ſancto Remigio cœlitus dictum fuiſſe ferunt, cum Clodouęum primum noſtrę gentis regem chriſtianum ſacro baptiſmate abluit. Faxit itaque deus vt in fide permaneat, ne diſſipetur, diuidaturque in fruſta, quemadmodum barbaræ, finitimæque gentes, & liuore, & ambitione percite efficere tentauerunt. Faxit inquam vt nouis hæreſibus nouiſ-

que temeritatibus non seducatur populus christianissimus. Faxit denique vt reparetur pietas,& probitas resartiatur.

¶Sed iam finis totius negotii,esto in hoc capite vicesimo secundo. Fecimus enim hoc in opere de industria duo & viginti capitula,vt quemadmodum literę sacrę duabus & viginti literis,siue elementis primitus apud Hebræos,& postremo apud Latinos scriptæ fuerunt(Græci enim,qui in medio sunt)viginti quatuor literas habent,ita & ipsarum diuinarum literarum traductiones duobus & viginti capitibus excuterem us,& nouas interpretationum temeritates simul improbaremus ad laudem dei omnipotentis, qui est benedictus in secula.

Amen.

PETRI SVTORIS CARTVSIANI THEOLOGI PROfessione,de Tralatione Biblię,& nouarũ interpretationum reprobatione lucubrationes, variorum voluminum lectione vndiquaque collectę,suam capiunt periodum, Parisiis caracteribus Petri Vidouei,Impensis vero honesti viri Ioannis Paruí,bibliopolarum adscriptitiorũ, Pridie Kalendas Martias. Anno M. D. XXV. Ad calculum Romanum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA